Exitu anni eius Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos, 10
per bellum coeptum frequentari emporium, communiit praesi-
diumque inposuit. inde Romam comitiorum causa veniens in 11
eum quem primum diem comitialem habuit comitia edixit at-
que ex itinere praeter urbem in campum descendit. eo die cum 12
sors praerogativae Aniensi iuniorum exisset, eaque T. Otaci-
lium M. Aemilium Regillum consules diceret, tum Q. Fabius
silentio facto tali oratione est usus. 'Si aut pacem in Italia 8

gressus. Auch mit Hinzufügung von
medius: 29, 33, 7 *inter media tela*
hostium evasit.

7. *pars — pars*] Appos. zum Sub-
ject, wie bei Cic. oft *partim — par-*
tim; vgl. 21, 8 *multitudo pars pro-*
currit in vias, pars in vestibulis
stat, pars ex tectis fenestrisque pro-
spectant.

8. *ex propinquo*] *ex* mit dem
Neutr. eines Adj. zum Ausdruck
eines Adverbialbegriffs ist bei L.
sehr häufig, wie 14, 1 *ex composito*.
34, 9 *ex occulto*, 25, 8, 10 *ex prae-*
parato; so *ex improviso, ex insperato,*
ex necopinato, ex supervacuo, ex
vano. Das *ex propinquo* ist häufig,
daneben 25, 15, 8 *in propinquo.*

et Hannibali] so wird nicht sel-
ten dem allgemeinen Ausdruck der
specielle der Hauptperson hinzu-
gefügt.

10. Q. Fabius] *Maximus Verru-*
cosus, consul suffectus nach dem Tode
des Consul L. Postumius. Schon in
den Jahren 233 u. 228 war Fabius
Consul gewesen. Zum 4ten Male
bekleidete er 214 dieses hohe Amt
(also 2 Jahre hinter einander, was
später nur noch einmal bei Marius
vorkam), zum 5ten Male Consul war
er 209. Seine Dictatur 217 brachte
ihm den Namen *Cunctator* ein.
Thätig bis zu seinem Tode (203),
feierte er 204 nach der Eroberung
Tarents einen glänzenden Triumph.

coeptum frequentari] das Particip
coeptus findet sich neben einem Inf.
Pass. nur noch 21, 8, 4 *oppidani*
multifariam distineri coepti non suf-
ficiebant. Bei einem passiven Inf.
(auch bei medialem Inf. und mit
einer Ausnahme bei *fieri*) hat Liv.
stets *coeptus sum*; nur an 5 Stellen
findet sich *coepi*, eine ist 19, 6 *Ca-*
silinum oppugnari coepit. — *frequen-*
tari 'sich heben' durch Zuzug.

7, 10—10, 5. Wahlen in Rom
und Amtsantritt der Consuln
des Jahres 214.

10. *quem diem*] das Subst. ist in
den Relativsatz hineingezogen, wo-
bei dieser gewöhnlich voransteht;
vgl. 25, 17, 3 *uti loco puro ea, quae*
ante dicta prodigia sunt, procuraret.
Der ganze Satz sagt nichts weiter
als 25, 2, 4 *primo comitali die*; der
Tag durfte kein *dies nefastus* sein.

11. *ex itinere*] vgl. 9, 2 *quia in*
urbem non inierat protinus in cam-
pum ex itinere profectus.

12. *sors*] das Loos fiel auf die
centuria iuniorum der 1. Klasse aus
der Tribus *Aniensis*. Die Wahl der
centuria praerogativa (stets durch
dicere bezeichnet) war in der Regel
von solchem Gewicht, dass die nach-
folgenden, classenweise stimmenden
Centurien selten davon abwichen.
Wie *diceret* beweist, unterbricht
Fabius die Wahl durch seine Rede.
facto] nämlich *per praeconem*.

aut *id* bellum eumque hostem haberemus, in quo negligentiae laxior locus esset, qui vestris studiis, quae in campum ad mandandos, quibus velitis, honores adfertis, moram ullam offerret, 2 is mihi parum meminisse videretur *vestrae* libertatis; sed cum in hoc bello, in hoc hoste numquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit, eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, et sibi sic quemque dicere 'Hannibali imperatori parem consulem no- 3 mino'. hoc anno ad Capuam Vibellio Taureae, Campano summo equiti, provocanti summus Romanus eques Asellus Claudius est 4 oppositus. adversus Gallum quondam provocantem in ponte Anienis T. Manlium fidentem et animo et viribus misere ma- 5 iores nostri. eandem causam haud multis annis post fuisse non negaverim, cur M. Valerio non diffideretur adversus simi- 6 liter provocantem arma capienti Gallum ad certamen. quem ad modum pedites equitesque optamus ut validiores, si minus, ut pares hosti habeamus, ita duci hostium parem imperatorem 7 quaeramus. cum, qui est summus in civitate dux, eum legerimus, tamen repente lectus, in annum creatus adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque tem-

8. 1. *laxior locus*] ein 'weiterer Spielraum'; im eigentlichen Sinne *laxare* 7, 5; übertragen auch 10, 5, 6 *laxum spatium* im Gegensatz zu *modicum spatium*.

2. *sed*] nach voraufgehenden irrealen Conditionalsätzen ist die zur Wirklichkeit hinüberführende Adversativpartikel bei L. sonst stets *nunc*, dem griech. *νῦν δέ*, unserem 'nun aber, so aber' entsprechend. *sibi sic quemque*] durch die Einschaltung von *sic* wird dies Wörtchen, wie auch *quisque* mit starkem Nachdruck versehen.

nomino] 'schlage vor', obwohl L. dieses Verbum vereinzelt auch für 'wählen' anwendet, z. B. bei Gesandten, beim Interrex, Dictator und Magister equitum.

5. *non negaverim*] so und *haud abnuerim* oft; L. mildert selbst das an sich schon bescheidene *haud scio an* zuweilen durch den potentialen Coniunctiv zu *haud sciam an* (ebenso Cicero).

provocantem] die zusammengehörenden Worte *provocantem Gallum* sind durch die W. *arma capienti*, welche ihrerseits mit *ad certamen* zu verbinden sind, getrennt wor-

den, damit die gleichartigen Redetheile (hier die Part.) bei einander stehen: eine bei alten Schriftstellern nicht selten erscheinende absichtliche Anordnung, wie § 20: *exempla — ad praecavendas similes utilia clades*. 10, 46, 4 *frequenti publicorum ornatu locorum*; 44, 28, 15 *viginti eximiae equos formae*.

6. *optamus*] zwischengestellt; vgl. § 13.

quem ad modum] nur des Wohlklangs wegen statt *ut* gewählt, weil diese Partikel kurz hinterher folgt; ebenso 21, 13, 5 *quem ad modum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiat*.

7. *ducem u. imperatorem*] wie § 6, der Abwechslung halber zweimal zusammengestellt.

summus] hier nur von der Tüchtigkeit, der 'grösste', wie 9, 11.

lectus] sonst (neben *creatus*) auch *delectus*.

in annum] nur wenn das deutsche 'ein' bei Zeitbestimmungen in besonders scharfem Gegensatz steht, wird lateinisch *unus* hinzugefügt, so 13, 9, 14, 10.

comparabitur adversus] ist ungenau gesagt (statt *cum*) = 'gegen-

poris nec iuris inclusum angustiis, quo minus ita omnia gerat
 administretque, ut tempora postulabunt belli: nobis autem in 8
 apparatu ipso ac tantum incohantibus res annus circumagitur.
 quoniam, quales viros creare vos consules deceat, satis est die- 9
 tum, restat, ut pauca de eis, in quos praerogativae favor in-
 clinavit, dicam. M. Aemilius Regillus flamen est Quirinalis, 10
 quem neque mittere a sacris neque retinere possumus, ut non
 deum aut belli deseramus curam. Otacilius sororis meae filiam 11
 uxorem atque ex ea liberos habet: ceterum non ea vestra in
 me maioresque meos merita sunt, ut non potiozem privatis
 necessitudinibus rem publicam habeam. quilibet nautarum vec- 12
 torumque tranquillo mari gubernare potest: ubi saeva orta
 tempestas est ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro
 et gubernatore opus est. non tranquillo navigamus, sed iam 13
 aliquot procellis submersi paene sumus: itaque quis ad guber-
 nacula sedeat, summa cura providendum ac praecavendum vo-
 bis est. in minore te experti, T. Otacili, re sumus: haud sane,
 cur ad maiora tibi fidamus, documenti quicquam dedisti. clas- 14
 sem hoc anno, cui tu praefuisti, trium rerum causa paravimus,
 ut Africae oram popularetur, ut tuta nobis Italiae litora essent,
 ante omnia ne supplementum cum stipendio comaeatque ab
 Carthagine Hannibali transportaretur. create consulem T. Ota- 15

überstellen', während es, von den Gladiatorenspielen hergenommen, eigentlich das 'Zusammenstellen' der Fechterpaare bezeichnet; ähnlich 30, 28, 8 *Scipio et Hannibal velut ad supremum certamen comparati duces*.

inclusum] 'beschränkt', *incl. angustiis* 'beengt' = *impeditum* und daher, wie dieses, mit *quo minus* construiert (ist Singularität).

8. *incohantibus*] das Part. einem adverb. Ausdruck (*in apparatu*) co-ordiniert; s. 2, 9.

9. *quoniam*] 'nachdem', eigentlich 'da ja' = 'nachdem nummehr', bildet die *transitio* zum nächstfolgenden, hier, wie *restat ut* zeigt, zugleich letzten Theile der Rede.

10. Fabius sagt: 'obgleich Aemilius ein tüchtiger Kriegermann ist, so darf er als *flamen Quirinalis* (anderswo wird er *fl. Martialis* genannt) nicht in den Krieg ziehen' (auch dem *fl. Martialis* und *Dialis* war es verboten, auf längere Zeit die Stadt zu verlassen); 'allerdings verlangt die Rücksicht des Krieges

eigentlich, dass wir ihn nicht zurückhalten, Otacilius dagegen ist nicht zu empfehlen'.

deum] bei Liv. häufiger als *deorum*; auch *liberum, socium* u. a. ist häufig, selbst beim Adj. wie § 17. 19, 1. 49, 7.

11. *non ea*] wir sagen bestimmter 'nicht so gering'.

potiozem habere] ebenso 23, 3, 4 *ut potiozem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. necessitudinibus* ist also Abl. comparat. für *quam* mit *Objectsaccus.*, ein bei Dichtern gewöhnlicher, in der Prosa seltener Gebrauch, der sich aber sowohl bei Cic. als auch bei Caesar findet, s. BG. 7, 19, 5 *nisi eorum vitam sua salute cariorem*.

12. *viro et gubernatore*] vgl. 1, 46, 6 *eum virum dicere ac regio sanguine ortum*: 'ein ganzer M.'

13. *tranquillo*] substant. Adj., im Sinne von *tranquillo mari* wie 26, 51, 6 *tranquillo in altum evecti*. Im Gegensatz zu *procellae* auch 28, 27, 11 *aut tranquillum aut procellae in vobis sunt*.

cilium, non dico, si omnia haec, sed si aliquid eorum rei publicae praestitit. sin autem te classem obtinente ea etiam velut pacato mari, quibus *opus non erat* Hannibali tuta atque integra ab domo venerunt, si ora Italiae infestior hoc anno quam Africae fuit, quid dicere potes, cur te potissimum ducem Hannibali hosti opponamus? si consul esses, dictatorem dicendum exemplo maiorum nostrum censeremus, nec tu id indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi quam te. magis nullius interest quam tua, T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas. ego magnopere suadeo oroque, eodem animo quo, si stantibus vobis in acie armatis repente deligendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis, quibus sacramento liberi vestri dicant, ad quorum edictum conveniant, sub quorum tutela atque cura militent. lacus Trasumennus et Cannae tristitia ad recordationem exempla, sed ad praecavendas similes *utilia clades* documento sunt. praeco, Aniensem iuniorum in suffragium revoca'. cum T. Otacilius ferociter eum continuare consulatum velle vociferaretur atque obstreperet, lictores ad eum accedere consul iussit et, quia in urbem non inierat protinus in campum ex itinere profectus, admonuit cum securibus sibi fasces praeferri. interim praerogativa suffragium init, creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum M. Marcellus tertium. eosdem consules ceterae centuriae sine va-

15. *si aliquid eorum*] eine Uebertreibung des Redenden, da Otacilius (nach 23, 41, 8) den ersten der drei § 14 aufgeführten Punkte, die Verwüstung der afrikanischen Küste, ausgeführt hat.

16. *infestior*] *inf.* oft in pass. Sinne 'bedroht'; vgl. 26, 46, 1 *ut latera infestiora subeuntibus quam adversa corpora essent*.

17. *nostrum*] = *nostrorum*, s. § 10. *cervicibus*] im eigentlichen Sinne hat L. fast stets *cervix* gesagt; im übertragenen Sinne immer *cervices* (Cicero behandelt das Wort als Pluraletantum).

18. *quo*] 'als' nach *idem* drückt auch Liv. entweder durch *ac* oder durch das Relativpronomen aus.

19. *sacramento dicere*] 'den Fahneneid schwören': so immer (25, 5, 8); der Abl. ist zu erklären als 'nach der Schwurformel' sprechen.

20. *documento sunt*] dem Zusammenhange nach = 'dienen zur Warnung'; deutlicher wird dies 25, 33,

6 durch einen an uns. St. wegen der rhetorischen Emphase ausgelassenen Satz mit *ne* ausgedrückt: *exemplaque haec vere pro documento habenda, ne externis ita credant auxilium*.

9. 2. *in urbem*] sonst verbindet L. *inire* mit blosser Acc.

quia — profectus] ist ein Zusatz des Schriftstellers zur Erklärung des *cum securibus*; hätte Fabius den Gedanken selbst ausgesprochen, so müsste der Coniunctiv stehen.

3. *Marcellus tertium*] im ersten Consulat (222) zeichnete er sich sehr aus, indem er die *spolia opima* vom Gallierkönig Viridomarus heimbrachte. Das zweite Consulat (215) musste er wegen ungünstiger Zeichen niederlegen und als Proconsul ins Feld ziehen.

variatio] 'Schwankung', *ἄπ. εἰq.* vom intransitiven Verbum *variare* 'schwanken'; vgl. 1, 43, 11 *ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundae classis vocarentur*. 27, 27, 14

riatione ulla dixerunt. et praetor unus reffectus Q. Fulvius 4
Flaccus, novi alii creati, T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius
consulis filius, qui tum aedilis curulis erat, P. Cornelius Len-
tulus. comitiis praetorum perfectis senatus consultum factum, 5
ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset, isque po-
tissimum consulibus ad bellum profectis urbi praesesset. —
Aquaе magnae bis eo anno fuerunt, Tiberisque agros inundavit 6
cum magna strage tectorum pecorumque et hominum pernicie.

Quinto anno secundi Punici belli Q. Fabius Maximus quar- 7
tum M. Claudius Marcellus tertium consulatum ineuntes plus
solito converterant in se civitatis animos: multis enim annis
tale consulum par non fuerat. referebant senes sic Maximum 8
Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum, sic postea Papirium
Carviliūque adversus Samnites Bruttiosque et Lucanum cum
Tarentino populum consules declaratos. absens Marcellus con- 9
sul creatus, cum ad exercitum esset; praesenti Fabio atque
ipsi comitia habenti consulatus continuatus. tempus ac neces- 10
sitas belli ac discrimen summae rerum faciebant, ne quis aut
in eo exemplum exquireret aut suspectum cupiditatis imperii
consulem haberet: quin laudabant potius magnitudinem animi, 11
quod cum summo imperatore esse opus rei publicae sciret,
seque eum haud dubie esse, minoris invidiam suam, si qua
ex ea re oreretur, quam utilitatem rei publicae fecisset.

variat fama = 25, 17, 4 *varia est fama*.

4. *Fulvius*] die Wiederwahl zum Prätor trifft einen Mann, *qui antea bis consul censorque fuerat* (23, 30, 18).

5. *comitiis praetorum*] zuweilen mit dem Zusatz *creandorum*; sonst auch *comitia praetoria habita* (26, 23, 1) und *comitia praetoribus creandis habita* (23, 1; dies das gewöhnliche).

extra ordinem] weil die Vertheilung der Amtsbezirke sonst durch das Loos oder (wie 10, 2) nach gegenseitiger Vereinbarung stattfand; 26, 29, 8 sagt L. genauer *extra sortem*.

consulibus profectis] Abl. abs. mit dem Part. Perf. eines transitiven Deponens sind in der guten Latinität selten; bei L. finden sich mehrfach Beispiele, vereinzelt bei Caesar und Cicero.

6. *aquaе*] im Plur. die Wassermasse bezeichnend, ist häufig bei L.; *inundare*, wie hier, gewöhnlich

transitiv (ebenso 38, 5); vereinzelt intrans. wie 22, 2, 2 *Arvus inundaverat* 'war ausgetreten'.

7. *plus solito*] der Compar. geht in solchen Verbindungen bei L. dem Abl. gewöhnlich voran; s. 12, 1 u. 22, 59, 2 *nobis plus iusto nostra placet causa*.

8. Das erste Paar (Q. Fab. Max. Rullianus u. P. Dec. Mus) beendete den dritten Samniterkrieg 295 durch die blutige Schlacht *in agro Sentinati* gegen Samniter, Gallier und Umbrer; das zweite Paar (L. Pap. Cursor u. Sp. Carv. Maximus) bezwang die Samniter und unterwarf fast ganz Unteritalien 272.

10. *in eo exemplum exq.*] man fragte bei ihm nicht nach einem Beispiel dafür, dass derjenige, welcher die Wahl leitete, selbst gewählt worden sei; man hätte übrigens eins gefunden an L. Postumius Gemellus i. J. 291.

suspectus] mit Gen. ist von Liv. zuerst gebraucht worden (nur hier).

- 10 Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capi-
 2 tolio est habitus, decretumque omnium primum, ut consules
 sortirentur compararentve inter se, uter censoribus creandis
 3 comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. pro-
 rogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant,
 iussique in provinciis manere, Ti. Gracchus Luceriae, ubi cum
 volonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno,
 4 M. Pomponius in Gallico, et praetores prioris anni pro praer-
 toribus Q. Mucius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brun-
 disium orae maritimae intentus adversus omnes motus Philippi
 5 Macedonum regis praeesset; P. Cornelio Lentulo praetori Si-
 cilia decreta provincia, T. Otacilio classis eadem, quam adver-
 sus Carthaginenses priore anno habuisset.
 6 Prodigia eo anno multa nuntiata sunt, quae quo magis
 credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nuntiaban-
 tur: Lanuvi in aede intus Sospitae Iunonis corvos nidum fe-
 7 cisse; in Apulia palmam viridem arsisse; Mantuae stagnum
 effusum Mincio anni eruentum visum; et Calibus creta et
 8 Romae in foro bovario sanguine pluvisse; et in vico Insteio
 fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut serias dolia-
 que, quae in eo loco erant, provoluta velut impetu torrentis
 9 tulerit; tacta de caelo atrium publicum in Capitolio, aedem in
 campo Vulcani, arcem in Sabinis publicamque viam, murum
 10 ac portam Gabiis. iam alia vulgata miracula erant: hastam
 Martis Praeneste sua sponte promotam; bovem in Sicilia lo-

10. 2. *compararentve inter se*] s. zu 9, 5.

3. *prorogatum*] auf ein Jahr.

omnibus] nicht aufgeführt ist App. Claudius (s. 7, 8), und dieser erscheint auch während der folgenden Actio-
 nen nicht mehr als selbständiger Führer, sondern als Legat des Marcellus nach dessen Ankunft in Sicilien. Vgl. zu 11, 2.

volones] vom Staat bewaffnete Sklaven, welche sich nach der Schlacht bei Cannae auf Verheissung der Freiheit freiwillig zum Kriegsdienst gestellt hatten.

4. *obtineret*] L. verbindet *iubere* mit Acc. c. inf., daneben mit *ut* und noch häufiger mit blosser Coniunctiv; letzteres besonders gern, wie hier, in Abwechslung mit der Infinitivconstruction.

intentus adversus] hier ganz einzeln, sonst wird *int.* mit *ad* oder *in* od. seit Liv. auch mit Dat. constructiert, z. B. 25, 2, 3 *bello intentus*.

10, 6—10, 13. Prodigien.

6. Die Prodigien werden meist polysyndetisch an einander gereiht; hier überwiegt abweichend das *Asyndeton*.

in aede intus Iunonis] ist eine wohl dem gewöhnlichen Gesprächston entnommene Stellung, wie wir sagen: 'im Tempel drinnen der J.'

7. *effusum*] s. zu 1, 2.

sanguine pluvisse] bei *pluere* (im Perf. bei Liv. *pluit* u. *pluvit*, aber im Inf. stets *pluvisse*) setzt L. mit Ausnahme von 3 Stellen immer den Abl. (*terra, carne, lacte, lapideo im-bri*, am häufigsten *lapidibus*).

9. *tacta*] 'vom Blitz getroffen' heisst in den Prodigien *fulmine ictus* oder *de caelo tactus*.

campo] nämlich *Martio* wie 7, 11. 9, 2.

10. *sua sponte*] in Prodigien häufig angewandt, vorzugsweise bei Bewegung lebloser Gegenstände; vgl. den Excerptor des Liv. Julius

cutum; infantem *in* utero matris in Marrucinis 'io triumphe' clamasse; ex muliere Spoleti virum factum; Hadriae aram in caelo speciesque hominum circum eam cum candida veste visas esse. quin Romae quoque in ipsa urbe secundum apum examen in foro visum — quod mirabile est, quia rarum — adfirmantes quidam legiones se armatas in Ianiculo videre concitaverunt civitatem ad arma, cum, qui in Ianiculo essent, negarent quemquam ibi praeter adsuetos collis eius cultores adparuisse. haec prodigia hostiis maioribus procurata sunt ex haruspicum responso, et supplicatio omnibus deis, quorum pulvinaria Romae essent, indicta est.

Perpetratis quae ad pacem deum pertinebant, de re publica belloque gerendo et quantum copiarum et ubi quaeque essent, consules ad senatum rettulerunt. duodeviginti legionibus bellum geri placuit: binas consules sibi sumere, binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabus Q. Fabium praetorem Apuliae, duabus volonum Ti. Gracchum circa Luceriam praeesse; singulas C. Terentio proconsuli ad Picenum et M. Valerio ad classem circa Brundisium relinqui; duas urbi praesidio esse. hic ut numerus legionum expleretur, sex novae legiones erant scribendae. eas primo quoque tempore consules scribere iussi et classem parare, ut cum eis navibus, quae pro Calabriae litoribus in statione essent, centum quinquaginta longarum classis navium eo anno expleretur. dilectu habito et centum navibus novis deductis Q. Fabius comitia censori-

Obseq. 104: *hastae Martis in regia sua sponte motae.*

'io triumphe' vgl. 21, 62, 2 infantem — triumphum clamasse.

circum] sonst braucht L. fast immer circa; s. 11, 3.

11. secundum] von sequor abgeleitet, 'gleich nach'; wie 18, 5. 21, 2.

12. essent] ist dem folgenden Conj. negarent assimiliert.

adsuetos] s. zu 5, 9.

11. Vorbereitungen zum Kriege. Ausrüstung von Landheer und Flotte.

1. pacem deum] 'Frieden mit' . .

2. duodeviginti] hier, wie auch später, sind die spanischen Legionen nicht mitgezählt. Der dort geführte Krieg wird als ein besonderer behandelt, daher auch die Verlängerung des imperium der beiden dort commandierenden Scipionen 10, 3 u. 44, 4 übergangen wird; wogegen dies 25, 3, 6 für das J. 212 Erwähnung findet.

3. Fabium] Fabius wird erst hier, nicht 10, 4, erwähnt, weil es sich dort um Fortführung des imperium handelte.

duabus] ist Abl.; zuerst ist praeesse zwar mit Apuliae zu verbinden (12, 7 *maritimae orae reique navali praeesset*. 26, 28, 5 *Galliae et legionibus praeesset*); hinterher abs. = 'commandieren', wie 25, 16, 7 (*Mago*) in *Bruttiis praecerat*; ebenso werden *praeficere* u. *praeponere* von L. (u. Caesar) absolut gebraucht.

ad Picenum] ad 'bei', wie ad classem, 9, 9 und 10, 3 ad exerc., 48, 9 ad regem u. oft; hier ungenau statt in agro Piceno.

5. pro] zunächst in räumlicher Beziehung wie 25, 18, 5 *stationes pro porta stabant*. 27, 18, 1 *pro castris equitum stationes habebant*; vgl. ebd. § 3 in castra compulsi equites sunt; dann 'zum Schutze'.

6. deductis] vgl. Caes. BC. 2, 3, 2 *navem ex navalibus — deducit*.

bus creandis habuit; creati M. Atilius Regulus et P. Furius Philus.

- 7 Cum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse, T. Otacilius eo cum classe proficisci iussus est. cum deessent nautae, consules ex senatus consulto edixerunt, ut, qui L. Aemilio C. Flaminio censoribus milibus aeris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset usque ad centum milia, aut cui postea tanta res esset facta, nautam unum cum sex mensum stipendio daret; qui supra centum milia usque ad trecenta, tris nautas cum stipendio annuo; qui supra trecenta usque ad deciens aeris, quinque nautas; qui supra deciens, septem; senatores octo nautas cum annuo stipendio darent. ex hoc edicto dati nautae armati instructique ab dominis cum triginta dierum coctis cibariis naves conscenderunt. tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus privata inpensa paratis compleretur.
- 12 Hic maior solito adparatus praecipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuae bellum eius anni Romani inciperent. itaque legatos ad Hannibalem oratum miserunt, ut

7. aeris] wobei *assium* zu ergänzen. Der schwere As wurde 217 reducirt; vgl. Plin. n. h. 33, 13, 45 Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti placuitque denarium sedecim assibus permutari. ita res publica dimidium lucrata est, in militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus est.

aut pater eius] schliesst sich ohne Rücksicht auf das Relativum nur an *ipse* an, beides ist als eine Apposition zum Subject anzusehen, die wir mit 'und zwar' einleiten.

9. cocta cibaria] vornehmlich Schiffszwieback.

socii navales] = nautae 'Matrosen', 26, 35, 3 specieller *remiges* geheissen. Sie stehen in Gegensatz zu der militärischen Bemannung, und daher ist der Name gekommen, weil ursprünglich letzteres Römer, ersteres *socii* waren. Wie übrigens *armati* beweist, erhielten sie sogar Waffenstücke; denn es ist nicht zu bezweifeln, dass sie mitunter am Kampfe selbst theilgenommen haben.

tum primum] im J. 242 wurde die Flotte, mit welcher Catulus im folgenden Jahre den ganzen Krieg gegen Carthago beendigte, von den

reichsten Bürgern nach dem Massstab ihres Vermögens hergestellt. Es ward jedenfalls ein Zwang von Seiten des Senats ausgeübt; die römischen Geschichtschreiber stellen aber das Ganze als einen Act freier, opferwilliger Vaterlandsliebe hin.

12—13. Hannibals abermaliger Angriff auf Puteoli. Gesandtschaften von Tarent u. Nola. Aufbruch des Marcellus.

1. solitō] s. zu 9, 7.

adparatus] = Zurüstungen; seltener im Plur. wie 25, 1, 10 'Ausrüstungsgegenstände'.

conterruit ne] = metu conterruit ne; vgl. 10, 14, 18 vero — metu terruere Samnitium animos. ebd. § 20 maxime territō, ne — opprimerentur.

2. oratum ut] nach dem Supinum auf *um* lässt L. theils einen Objectsatz folgen, theils verbindet er (im Gegensatz zum Gebrauch des Cicero) ein Object damit; letzteres jedoch zufällig nicht bei *oratum*. Ueberhaupt aber ist in letzterem Falle auch bei ihm *ad* mit Gerundivum das gewöhnliche. Zu vgl. ist 29, 1 legati praesidium orantes

Capuam exercitum admoveret: ad eam oppugnandam novos exercitus scribi Romae, nec ullius urbis defectioni magis infensos eorum animos esse. id quia tam trepide nuntiabant, maturandum Hannibal ratus, ne praevenirent Romani, profectus Arpis ad Tifata in veteribus castris super Capuam con-sedit. inde Numidis Hispanisque ad praesidium simul castrorum simul Capuae relictis cum cetero exercitu ad lacum Averni per speciem sacrificandi, re ipsa, ut temptaret Puteolos quodque ibi praesidium erat, descendit. Maximus, postquam Hannibalem Arpis profectum et regredi in Campaniam adlatum est, nec die nec nocte intermisso itinere ad exercitum redit et Ti. Gracchum ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fabium praetorem — is filius consulis erat — ad Luceriam Graccho succedere iubet. — In Siciliam eodem tempore duo praetores profecti, P. Cornelius ad exercitum, T. Otacilius, qui maritimae orae rei que navali praesesset. et ceteri in suas quisque provincias profecti; et quibus prorogatum imperium erat, easdem quas priori anno regiones obtinuerunt.

Ad Hannibalem, cum ad lacum Averni esset, quinque nobiles iuvenes ab Tarento venerunt, partim ad Trasumennum lacum partim ad Cannas capti dimissique domos cum eadem comitate, qua usus adversus omnes Romanorum socios Poenus fuerat. ei memores beneficiorum eius perpulisse magnam partem se iuventutis Tarentinae referunt, ut Hannibalis amicitiam ac societatem quam populi Romani mallent, legatosque ab suis missos rogare Hannibalem, ut exercitum propius Tarentum admoveat. si signa eius, si castra conspecta a Tarento

venerunt, wo das *orantes*, gleich *oraturi*, weniger auffällt als in Verbindung mit *mittere*, wie es gleichfalls oft gefunden wird z. B. 25, 13, 2 *legatos ad Hannibalem missurunt orantes, ut...*, wo *orantes* Acc. ist nach 21, 6, 2 *legati Romam missi auxilium orantes*.

eorum] erklärt der Zusammenhang.

3. *Arpis*] ebenso § 5. Nach Liv. Sprachgebrauch wäre *ab Arpis* das gewöhnliche; denn L. setzt zu Städtenamen vorwiegend *a* und *ab* hinzu (Cicero u. Caesar fast immer ohne Präp., wenn sie nicht die Umgegend einer Stadt bezeichnen); so § 6 *ab Luceria*. 13, 1 *ab Tarento* u. sonst; doch s. 30, 11.

Tifata] *mons imminens Capuae* (26, 5, 4), 7, 29, 6 *imminentes Capuae colles* genannt.

4. *ad lacum Averni*] ebenso 13, 1.

20, 14; *ad lacum Timavi* 41, 1, 2, wie auch Fluss- und Bergnamen (13, 6 *ad Miseni promunturium*. 41, 4 *ad montem Victoriae*) bisweilen im Genet. hinzugefügt werden. Der Avernersee spielte im Aberglauben des Volkes eine grosse Rolle, indem man dorthin den Eingang zur Unterwelt versetzte.

6. *ad Luceriam*] hinzugesetzt wie 45, 17, 5 *alterum succedere C. Licinio in Galliam oportet*: 'in die Gegend um L.', wie 14, 1 *ad Beneventum*; 17, 1 *ad Nolam*.

13. 1. *Poenus*] Hannibal s. zu 47, 7.

2. *propius*] wie 41, 4 *propius pacata loca castra communivere*; mit auffälliger Anastrophe 23, 46, 9 *Capuam propius movit castra*. Auch *proxime* regiert bei L. stets den Acc., s. 48, 11.

sint, haud ullam intercessuram moram, quin urbs *in potestatem eius tradatur*: in potestate iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam esse. Hannibal conlaudatos eos oneratos que ingentibus promissis domum ad coepta maturanda redire iubet: se in tempore adfuturum esse. hac cum spe dimissi
 5 Tarentini. ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. urbem esse videbat cum opulentam nobilemque tum maritimam et in Macedoniam opportune versam, regemque Philippum hunc portum, si transiret in Italiam, *quoniam* Brundisium Romani
 6 haberent, petiturum. sacro inde perpetrato, ad quod venerat, et, dum ibi moratur, pervastato agro Cumano usque ad Miseni promunturium, Puteolos repente agmen convertit ad op-
 7 primendum praesidium Romanum. sex milia hominum erant, et locus munimento quoque, non natura modo tutus. triduum ibi moratus Poenus ab omni parte temptato praesidio, deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum ma-
 8 gis ira quam potiundae urbis spe processit. adventu eius in propincum agrum mota Nolana est plebs, iam diu aversa ab Romanis et infesta senatui suo. itaque legati ad arcessendum Hannibalem cum haud dubio promisso tradendae urbis vene-
 9 runt. praevenit inceptum eorum Marcellus consul a primoribus accitus. die uno Suessulam a Calibus, cum Vulturnus amnis
 10 traicientem moratus esset, contenderat; inde proxima nocte sex milia peditum equites quingentos, qui praesidio senatui essent, Nolam intromisit. et uti a consule omnia impigre facta sunt ad
 11 praeoccupandam Nolam, ita Hannibal tempus terebat, bis iam ante nequiquam temptata re segnior ad credendum Nolanis factus.
 14 Iisdem diebus et Q. Fabius consul ad Casilinum temptan-

4. *onerati*] vgl. 25, 8, 6 *conlaudati oneratique promissis* und so oft = 'reichlich mit etwas versehen'.

5. *incesserat*] *ipsum cupido incesserat* (wofür L. auch *i. c. ceperat*) sagt ist die bei L. stehende Construction mit Ausnahme von 4, 57, 10, wo sich der Dativ findet: *cura patribus incessit*.

regemque] *que* ist hier folgernd 'und daher' wie 25, 11 'und sofort'; 31, 11 u. 32, 9 'und somit'; 45, 14 explicativ 'und zwar'.

7. *ut procedebat*] s. zu 1, 6.

processit] s. zu 19, 6.

temptato praesidio] ist dem *moratus* coordiniert, deutsch mit 'und' anzuschliessen; *deinde* folgt dem *moratus* wie 21, 50, 8 *transgressus* — *gratulatus* — *precatusque* — *statum deinde insulae* — *exposuit*.

9. *cum*] 'obgleich': durch diesen Zusatz wird die an sich bedeutende Leistung des römischen Heeres noch erhöht.

11. *segnior ad*] vgl. 44, 12, 4 *praetor segnior ad alia factus consilia erat*. *ad* nach einem Adj. drückt die Beziehung aus, in welcher das Adj. statt hat: ein Graecismus (*πρός*), den L. sehr oft anwendet (auch Cic., und *facilis ad intellegendum* ist ganz gewöhnlich); vgl. 26, 16, 3 *virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi*. Auch eine innere Beziehung zu lebenden Wesen bezeichnet *ad* und ist dann oft = *apud*, z. B. 32, 2 *ad militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum*.

14. Gracchus und Hanno nähern sich Benevent. An-

dum, quod praesidio Punico tenebatur, venit, et ad Beneventum velut ex composito parte altera Hanno ex Bruttis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Luceria accessit. qui primo oppidum intravit, deinde, ut Hanno nem tria milia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra posuisse et inde agrum populari audivit, et ipse egressus moenibus mille ferme passus ab hoste castra locat. ibi contionem militum habuit. legiones magna ex parte volonum habebat, qui iam alterum annum libertatem tacite mereri quam postulare palam maluerant. senserat tamen hibernis egrediens murmur in agmine esse quaerentium, en umquam liberi militaturi essent, scripseratque senatui non tam quid desiderarent, quam quid meruissent: bona fortique opera eorum se ad eam diem usum, neque ad exemplum iusti militis quicquam eis praeter libertatem deesse. de eo permissum ipsi erat, faceret quod e re publica duceret esse. itaque priusquam cum hoste manum consereret, pronuntiat tempus venisse eis libertatis, quam diu sperassent, potiundae. postero die signis conlatis dimicatum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset. qui caput hostis rettulisset, eum

sprache des ersteren an die *volones*.

3. *tria milia*] mit Ergänzung von *passuum*, wie 3, 3 u. sonst.

Calor] ein Nebenfluss des Volturnus, an welchem Beneventum liegt.

et ipse] gehört zu *castra l.*, er bezieht 'gleichfalls' ein Lager.

contionem] der Zweck derselben wird § 5 mit *itaque* angegeben.

3. *volonum*] s. 10, 3 *ubi cum volonum exercitu erat*.

murmur quaerentium] solche (bei L. häufige) Gen. Plur. des Part. Praes. sucht man deutsch durch abstracte Subst. wiederzugeben; *murm.* wird Adj. 'halblaut'.

en militaturi essent] in der Form unwilliger Frage einen lebhaften Wunsch ausdrückend; stets bei L. *en umquam*, eine Wendung des Gesprächs. Vor *quis* u. *quid* wird *en* zu *ec* und verbindet sich mit denselben zu einem Worte.

4. *bona fortique opera — usum*] vgl. 22, 59, 11 *illis bonis ac fortibus militibus utemini*; jenes gewöhnlicher, wie 47, 11 *opera eorum*

forti ac fidei resp. usa est; ebenso 23, 46, 6. *fortis* u. *fidelis* sind diejenigen Bezeichnungen, mit welchen Bundesgenossen belobt zu werden pflegen. Der Loskauf der bei Cannae gefangen genommenen Römer widerräth Manlius Torquatus mit den Worten (22, 60, 20) *quem ad modum hi boni fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) cives esse possunt?*

iusti] wie 41, 5 *cum iusto exercitu advenit*; vgl. 25, 1, 3 *iusti ducis speciem nactus*; wir volksthümlich: ein 'richtiger'.

5. *permittere de*] bei L. nicht selten, doch meist ohne abhängigen Satz (wie hier *faceret*); vgl. § 8 u. 28, 45, 2 *Fulvius postulavit a consule, ut palam in senatu diceret, permetteretne patribus, ut de provinciis decernerent* u. ebd. § 6 *consul senatui de provinciis permittit*.

6. *puro*] = *plano*, frei von hindernden Gegenständen, ist selten; häufiger (wie 31, 39, 10) *libero campo*. Der blosser Abl. auf die Frage Wo? ist bei L. ganz gewöhnlich.

se extemplo liberum iussurum esse; qui loco cessisset, in eum
 8 servili supplicio animadversurum; suam cuique fortunam in
 manu esse. libertatis auctorem eis non se fore solum, sed
 consulem M. Marcellum, sed universos patres, quos consultos
 9 ab se de libertate eorum sibi permisisse. litteras inde consulis
 ac senatus consultum recitavit. ad quae clamor cum ingenti
 adsensu est sublatus. pugnam posebant, signumque ut
 10 daret extemplo ferociter instabant. Gracchus proelio in posterum
 diem pronuntiato contionem dimisit. milites laeti, praecipue
 quibus merces navatae in unum diem operae libertas futura
 erat, armis expediendis quod relicum *erat diei* consumunt.
 15 postero die ubi signa coeperunt canere, primi omnium parati
 instructique ad praetorium conveniunt. sole orto Gracchus in
 aciem copias educit; nec hostes moram dimicandi fecerunt.
 2 decem septem milia peditum erant, maxima ex parte Bruttii
 ac Lucani, equites mille ducenti, inter quos pauci admodum
 3 Italici, ceteri Numidae fere omnes Maurique. pugnatum est
 et acriter et diu; quattuor horis neutro inclinata est pugna.
 nec alia magis Romanum impediabat res quam capita hostium
 4 pretia libertatis facta: nam ut quisque hostem impigre occiderat,

7. *iussurum esse*] *iubere bellum*, *legem* u. a. bezeichnet die Entscheidung des *populus*; hier wählt Gracchus diesen feierlichen Ausdruck statt *velle*, weil er bei der bevorstehenden Handlung der Vertreter des Volkswillens ist; übrigens ist *esse* zu *liberum* zu ergänzen, vgl. 16, 9.

loco cessisset] *locus* ist die dem einzelnen Soldaten angewiesene Stellung in der Schlachtreihe oder der Posten überhaupt, welchen er ohne höchste Schande und harte Strafe nicht preisgeben darf (*loco cedere*, *locum deserere*, Gegensatz *in loco manere*; 37, 4 *nec loco suo miles abscedebat*); daher sagt Pinarus von seinem Standpunkt als *praefectus* 37, 9: *praesidio decedere apud Romanos capital est*, und Salust lobt an den Soldaten des Catilina (C. 61, 2) in der Schlacht bei Pistoria: *quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat*.

servili supplicio] war das Leben verwirkt, so wurde der freie Römer mit dem Beile hingerichtet, der Sklave an das Kreuz geschlagen.

8. *sed — sed*] wie 8, 34, 7 *non*

*L. Papirium, sed tribunos, sed prae-
 vum populi iudicium posteros accusaturos*.

quos] = *nam eos*; ebenso 26, 11 *a qua*.

9. *ad quae*] *ad* oft die äussere Veranlassung ausdrückend = 'auf etwas hin, bei'; so 30, 5. 31, 4. 37, 1.

10. *consumunt*] Constr. wie 25, 37, 7 *omne inde tempus muniendis castris convehendisque commeatibus consumpsit*; ebenso wird *absumere* gebraucht (20, 14).

15—16. Schlacht bei Benevent. Die Sklaven frei. Siegesjubel in Benevent.

1. *signa c. canere*] 'ertönen'; so (46, 2) oder *signa concinunt* (30, 5, 2) heisst es bei L. oft; anders ist 46, 6 *canere* 'blasen' (nämlich *cornu*).

primi conv.] wer diese ersten waren, ergiebt der Zusammenhang. *parati instructique*] eine häufige Verbindung; s. 37, 4. 40, 5.

2. *decem septem*] vgl. *septem decem* 49, 1, wofür L. sonst auch *decem et septem* sagt, z. B. 28, 4, 6 *decem et septem naves*, und seltener in zusammengezogener Form *septemdecim* (22, 57, 9).

primum capite aegre inter turbam tumultumque abscidendo terebat tempus; deinde occupata dextra tenendo caput fortissimus quisque pugnator esse desierat, segnibus ac timidis tradita pugna erat. quod ubi tribuni militum Graccho nuntiaverunt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari prope iussit, proicerent capita invaderentque hostem: claram satis et insignem virtutem esse nec dubiam libertatem futuram strenuis viris. tum redintegrata pugna est, et eques etiam in hostes emissus. quibus cum impigre Numidae occurrissent, nec signior equitum quam peditum pugna esset, iterum in dubium adducta res. cum utrimque duces, Romanus Bruttium Lucanumque totiens a maioribus suis victos subactosque, Poenus mancipia Romana et ex ergastulo militem verbis obtineret, postremo pronuntiat Gracchus esse nihil, quod de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent. ea demum vox ita animos accendit, ut renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerint, ut sustineri ultra non possent. primo antesignani Poenorum, dein signa perturbata, postremo tota impulsa acies; inde haud dubie

4. *turbam tumultumque*] Allitteration; ebenso 25, 4, 10; *tumultus ac trepidatio* 25, 13, 10. Vgl. 35, 2 *diruit ac diripit*. 38, 8 *lacus lucosque*.

pugnator] ist *ἀπ. εἰς*. in der ganzen class. Latinität.

5. *quod ubi*] *quod* ist Obj. zu *nuntiat*., welches hinterher durch den Acc. c. inf. näher erklärt wird; ebenso 37, 5 u. öfter. L. liebt die Wendung aber so sehr, dass sich die Bedeutung des *quod* im Gebrauche abschwächt und wie in *quod si* u. a. bloss die Verbindung mit dem Vorhergehenden anzeigt; z. B. 6, 8, 2 *quod ubi videre ipsum Camillum vadentem in hostes, procurant*.

carnificari] *ἀπ. εἰς*. mit verächtlichem Sinne (Asyndeton adversativum).

signum dare] die 'Ordre' geben, oft von L. im Sinne des einfachen *edicere* gebraucht; z. B. 27, 1, 8 *signo equitibus dato, ut — circumvecti pars castra hostium, pars terga trepidantium invaderent*.

7. *quibus*] weil *eques* vorher collectiv gesetzt ist.

ex ergastulo militem] Stellung wie 3, 1.

mancipia Romana verbis obtineret] eine kurze (prägnante) Ausdrucksweise statt *Romanos obtinendo mancipia esse diceret*; denn nicht die *mancipia*, sondern die Römer werden herabgesetzt als *manc.* Ebenso 23, 43, 10 *populi Romani obterit ut senescentem cum viribus maiestatem*, kurz statt: *maiestatem obterit eamque senescere dicit*.

16. 1. *demum*] deutet an, dass die vorhergehenden Worte keinen besonderen Eindruck gemacht haben.

accendit] im figürlichen Gebrauch des Wortes 'entflammen' gebraucht L. stets *accendere*, nicht *incendere*; letzteres nur an 3 Stellen der 1. Dekade, in welchem der Sprachgebrauch des L. noch schwankt. Also *accensus ira, odio, spe, amore* u. s. w.; *accendere animos, certamen, proelium* u. a.

2. *antesignani*] L. überträgt die römische Heeresaufstellung auf die Punier; *antes.* sind *hastati* u. *principes*; die *signa* stehen unter Deckung der Triarier und werden mit ihnen zugleich in Verwirrung gebracht; (*signa* also die 'Fähnlein' oder 'die bei den Fahnen'); die *tota acies* umfasst noch *velites* und *equites*.

terga data, ruuntque fugientes in castra adeo pavidi trepidique, ut ne in portis quidem aut vallo quisquam restiterit; ac prope continenti agmine Romani insecuti novum de integro
 3 proelium inclusi hostium vallo ediderunt. ibi sicut pugna in-
 4 peditior in angustiis, ita caedes atrocior fuit. et adiuvare
 5 captivi, qui rapto inter tumultum ferro conglobati et ab tergo
 6 ceciderunt Poenos et fugam impediunt. itaque minus duo
 7 milia hominum ex tanto exercitu, et ea maior pars equitum,
 8 cum ipso duce effugerunt; alii omnes caesi aut capti; capta
 9 et signa duodequadraginta. ex victoribus duo milia ferme ce-
 10 cidere. praeda omnis praeterquam hominum captorum militi
 11 concessa est; et pecus exceptum est, quod intra dies triginta
 domini cognovissent.

6 Cum praeda onusti in castra redissent, quattuor milia fer-
 me volonum militum, quae pugnaverant segnius nec in castra
 7 iruperant simul, metu poenae collem haud procul castris ce-
 8 perunt. postero die per tribunos militum inde deducti contione
 9 militum advocata a Graccho superveniunt. ubi cum proconsul
 10 veteres milites primum, prout cuiusque virtus atque opera in
 11 ea pugna fuerat, militaribus donis donasset, tunc, quod ad vo-
 lones attineret, omnes ait malle laudatos a se dignos indignos-
 que, quam quemquam eo die castigatum esse. quod bonum
 faustum felixque rei publicae ipsisque esset, omnes eos liberos
 esse iubere. ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate
 sublatus esset, ac nunc complexi inter se gratulantesque, nunc
 manus ad caelum tollentes bona omnia populo Romano Graccho-
 que ipsi precarentur, tum Gracchus 'priusquam omnes iure li-

novum de integro] ein bei L. nicht seltener Pleonasmus.

4. *et ea*] dem *maior pars* assimilirt statt *et ii*: (wie 18, 8): 'und zwar (und noch dazu) waren sie (umfassend sie) die Mehrzahl der Reiter'.

5. *hominum*] abhängig von *praeda*, ein Gen. epexeg., 'eine *praeda*, die aus *hom.* bestand', so auch *pr. pecorum, armentorum*; vgl. 20, 4 *praedae pecudum hominumque actae*.

6. *militum*] ist überfl., ebenso 31, 8. 32, 7 bei *mercennariorum militum*; an allen drei Stellen wäre die Voranstellung des *militum* das gewöhn., allein L. will die anderen Begriffe betonen. Die Zahl 4000 ist sehr hoch gegriffen; doch ist festzuhalten, dass sich ausser den 8000 Sklaven, die sich wohl grösstentheils im Heere des Gr. befanden, noch 6000 Verbrecher und Schuldner ausge-

hoben waren (23, 14, 4), die gleichfalls meist unter Sempronius standen.

8. *veteres milites*] die wohl namentlich unter den *socii* zu vernehmen sind.

primum] = *primo*, wie oft bei L., z. B. 40, 2.

9. *quemquam*] denn der Sinn ist *omnes volo laudatos, neminem castigatum*.

quod bonum f. e.] diese feierliche Formel, mit welcher sonst begonnen wird, findet sich vereinzelt (z. B. 10, 8, 12) auch am Schluss von Reden in der Versammlung; hier unmittelbar vor der eigentlichen Haupthandlung.

11. *tum*] beginnt bei L. den Nachsatz ziemlich oft, auch nach dem Abl. abs. findet es sich, s. 45, 8; vgl. 13, 7; seltener *tunc* (25, 8, 9 sogar *tunc vero*); oben § 9 ent-

bertatis aequassem' inquit, 'neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui: nunc exsoluta iam fide publica, ne discrimen omne virtutis ignaviaeque pereat, nomina eorum, qui detractatae pugnae memores secessionem paulo ante fecerunt, referri ad me iubebo, citatosque singulos iure iurando adigam, nisi cui morbus causa erit, non aliter quam stantes cibum portionemque, quoad stipendia facient, capturos esse. hanc multam ita aequo animo feretis, si reputabitis nulla ignaviae nota levioere vos designari potuisse'. signum deinde colligendi vasa dedit; militesque praedam portantes agentesque per lasciviam ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis per celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti viderentur. Beneventani omnes turba effusa cum obviam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. adparata convivium omnibus in propatulo aedium fuerant: ad ea invitabant Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. et Gracchus ita permisit, si in publico epularentur omnes ante suas quisque fores. prolata omnia. pilleati aut lana alba ve-

spricht *tunc* dem vorhergehenden *primum*.

nota — notasse] wie 23, 11, 5 *coronatus laurea corona*, oft *donis donare* (§ 9) u. a. m. *notasse* steht aoristisch für unser deutsches Praesens, oft bei L., besonders nach *volo, nolo, malo*; z. B. 22, 59, 10 *nec premendo alium me extulisse velim*. 23, 15, 10 *sibi adsumpsisse quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium accitumque ad se benigne appellat*; vgl. § 9.

12. *fidem exsolvere*] ist häufig; vgl. 18, 5 *exsolvere iusiurandum*. 26, 31, 10 *mea fides exsoluta est*.

citatos] näml. *nominatim*, ebenso 18, 3.

13. *causa*] wozu Grund sei, er giebt der Zusammenhang; doch sagen wir deutsch genauer 'Behinderungsgrund'; ebenso 18, 7.

erit] und weiterhin *facient* sind beibehaltene Formen der *or. recta*.

stantes] bezieht sich auf die *cena*, bei welcher sich der Soldat bequem lagerte. Justin (32, 4, 10) lobt an Hannibal, dass er weder auf dem Kriegszuge in Italien, noch später, als er zu Hause die höchste Gewalt in Händen hatte, *cubantem cenasse*.

multa] eigentlich Geldstrafe, ist hier allgem. = *poena*.

ita — si] = bei der Lage der Dinge, wenn: insofern wenn (unter der Bedingung dass); vgl. 37, 7, 38, 8.

designare] 'kenntlich machen' wie 4, 29, 6 *Postumius nulla tristi nota est insignitus*; mehrfach *in signis nota*.

14. *portantes ag.*] häufiger werden *ferre* u. *agere* (z. B. 22, 3, 7) zusammengestellt, ein Ausdr., welcher dem griech. *ἄγειν καὶ φέρειν* nachgebildet zu sein scheint; vgl. 38, 18, 15 *quae ferre atque agere possunt prae se agentes portantesque Olympum montem petunt*.

15. *non*] = 'und (aber) nicht' in scharfen u. kurzen Gegensätzen.

17. *omnibus*] Dat. = *ab omn.*, den L. bei pass. Part. ganz gewöhnlich setzt.

in propatulo] dem sogen. Atrium; 25, 12, 15 *apertis ianuis in propatulis epulati sunt*.

epulari perm.] sonst bei L. *ut* oder blosser Conj.; vgl. Cic. in Verr. 5 § 22 *iudicibus coniecturam facere permittam*. Corn. Nep. Con. 4, 1 *ei permisit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam*.

18. *pilleati*] u. *lana alba* als Zeichen der Freiheit, vgl. 32, 9 *servi ad pilleum vocati*; auch der Hut war weiss.

latis capitibus volones epulati sunt, alii accubantes, alii stantes, qui simul ministrabant vescebanturque. digna res visa, ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus, postquam Romam rediit, pingi iuberet in aede Libertatis, quam pater eius in Aventino ex multatitia pecunia faciendam curavit dedicavitque.

17 Dum haec ad Beneventum geruntur, Hannibal depopulatus agrum Neapolitanum ad Nola castra movet. quem ubi adventare consul sensit, Pomponio propraetore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat, accito ire obviam hosti parat nec moram dimicandi facere. C. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit, circumvectumque occulte subsequi sensim agmen hostium iubet et, cum coortum proelium videret, ab tergo se obicere. id errore viarum an exiguitate temporis Nero exsequi non potuerit, incertum est. absente eo cum proelium commissum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat; sed quia equites non adfuere in tempore, ratio compositae rei turbata est. non ausus insequi cedentes Marcellus vincentibus suis signum receptui dedit. plus tamen duo milia hostium eo die caesa traduntur, Romani minus quadringenti. solis fere occasu Nero diem noctemque nequiquam fatigatis equis hominibusque ne viso quidem hoste rediens adeo graviter est ab consule increpitus, ut per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Can-

19. *digna — ut*] die Anwendung des Rel. pron. war hier nicht möglich, ebenso wenig 23, 42, 13 *quos ut socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas, quos — tuaris* wegen des schon gesetzten *quos*; L. verschmäht es aber auch sonst z. B. 22, 59, 17 *indigni, ut redimeremur a vobis, visi sumus*.

multatitius] ist eine eigene Bildung des L.; das Wort findet sich bei ihm oft, bei anderen Schriftst. überhaupt gar nicht.

17. Hannibal erleidet bei Nola eine Schlappe u. bricht nach Tarent auf.

2. *Pomponio*] M. Pomponius Matho war 217 u. 216 *praetor peregrinus*, 215 u. 214 *propraetor* für Gallien, wie sich aus 10, 3 ergibt. Die Kriegsverhältnisse hatten aber den Senat veranlasst *Galliam, quamquam stimulabat iusta ira, omittere eo anno* (215), und auch im J. 214 scheint Pomp. vielleicht auf Grund eines ähnlichen Senatsbeschlusses

zunächst mit nach dem Süden gegangen, erst später in seine Provinz Ariminum (Gallien) marschiert zu sein. 44, 3 wird ihm für diesen Bezirk ein Nachfolger bestellt, der seine Truppen übernimmt.

super Suessulam] war ein von Marcellus im vorigen Jahre als Proconsul errichtetes u. nach ihm *castra Claudiana* benanntes Lager.

3. *portam*] die hier bezeichnete heisst *porta decumana* (die 10ten Cohorten der einzelnen Legionen lagen ihr am nächsten), dem Feinde zugekehrt ist die *porta praetoria*, die ihren Namen von der Nähe des 15, 1 erwähnten *praetorium* hat.

ab tergo se obicere] hat L. öfter verbunden, ohne dass man fliehende Feinde zu denken hätte, allg. = 'sich stürzen'; passender wäre *a fronte* u. selbst *a lateribus*.

7. *equis hominibusque*] nicht zu verwechseln mit *equis virisque*, was Cavallerie und Infanterie bezeichnet, hier 'Ross und Reiter'.

nas redderetur hosti clades. postero die Romanus in aciem 8 descendit, Poenus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit. tertio die silentio noctis omissa spe Nolae potiundae, rei numquam prospere temptatae, Tarentum ad certio rem spem proditionis proficiscitur.

Nec minore animo res Romana domi quam militiae gere- 18 batur. censores vacui ab operum locandorum cura propter in- 2 opiam aerarii ad mores hominum regendos animum advertentur castigandaque vitia, quae, velut diutinis morbis aegra corpora ex sese gignunt, eo nata bello erant. primum eos cita- 3 verunt, qui post Cannensem *cladem de Italia deserenda agitasse* dicebantur. princeps eorum M. Caecilius Metellus quaestor tum forte erat. iusso deinde eo ceterisque eiusdem noxae reis cau- 4 sam dicere, cum purgari nequissent, pronuntiarunt verba orationemque eos adversus rem publicam habuisse, quo coniuratio deserendae Italiae causa fieret. secundum eos citati nimis cal- 5 lidi exsolvendi iuris iurandi interpretes, qui captivorum ex itinere regressi clam in castra Hannibalis solutum, quod iuraverant redituros, rebantur. his superioribusque illis equi ademti, 6 qui publicum equom habebant, tribuque moti aerarii omnes

redderetur] derselbe Ausdr. 20, 2, unser 'heimgeben'.

8. *tacita*] die *tacita confessio*, eigentlich ein rhetorisches ὄξύμωρον, wird durch das *se tenere* abgelegt.

18. Innere Angelegenheiten. Amtliche Thätigkeit der Censoren.

2. *mores regere*] (*morum regimen*) der gewöhnl. Ausdr. für die von den Censoren ausgeübte Beaufsichtigung (das 'in Ordnung halten') der Sitten und des Lebenswandels.

animum adv.] man erwartete wie 4, 45, 4 *adv. animos* in offener Form, während die zusammengezogene weit häufiger bei L. (u. den Classikern) ist; ebenso 48, 4.

gignunt] nämlich *vitia*.

3. *citaverunt*] s. zu 16, 12.

4. *verba habere*] ist eine bei L. vereinzelt auch ohne *or.* vorkommende Verbindung statt *verba facere*.

5. *secundum*] s. zu 10, 11.

interpretes] die gewöhnl. Ueberlieferung (22, 58, 8. Cic. de off. 1 § 40. Polyb. bei Cic. ebd. 3 § 113) erzählte diese Schlaueit von einem, der unter dem Vorwande, etwas vergessen zu haben, umkehrte; Gel-

lius (6, 18, 9) von zweien, andere (L. 22, 61, 8) von zehn; eine Mehrheit (also wohl 10) setzt auch unsere Stelle voraus.

nimis callidi] Cicero (de off. 3 § 113) sagt davon: *fuit stulta calliditas perverse imitata prudentiam.*

qui captivorum] der partit. Gen. wird nicht selten in den Relativsatz gezogen; z. B. 2, 23, 9 *magno cum periculo suo, qui forte patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt*; vgl. 19, 11.

redituros] genauer bei Cic. de off. 1 § 40: *se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent.*

6. *qui*] einschränkend 'soweit sie' (wie § 7 *quibus*); denn denen, welche *suis equis* dienten (solche werden 18, 15 angedeutet), konnten sie nicht genommen werden. Auch handelte es sich hier um Beraubung der Würde, die § 7 mit *equester ordo* (diesen bildeten damals die *equites equo publico*) bezeichnet ist; vgl. 42, 10, 4 *omnis, quos senatu moverunt quibusque equos ademerunt, aerarios fecerunt et tribu moverunt. tribu moti* ohne in eine andere, geringere (*tr. urbana*) ver-

7 facti. neque senatu modo aut equestri ordine regendo cura se
 censorum tenuit: nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpse-
 runt, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio
 8 iusta militiae neque morbus causa fuisset. et ea supra duo
 9 milia nominum in aerarios relata tribuque omnes moti, addi-
 tumque tam truci censoriae notae triste senatus consultum, ut
 ei omnes, quos censores notassent, pedibus mererent mitteren-
 turque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui mili-
 tum generi non prius, quam pulsus Italia hostis esset, finitum
 10 stipendiorum tempus erat. cum censores ob inopiam aerarii
 se iam locationibus abstinerent aedium sacrarum tuendarum
 curuliumque equorum praebendorum ac similium his rerum,
 11 convenire ad eos frequentes qui hastae huius generis adsueve-
 rant, hortarique censores, ut omnia perinde agerent locarent,
 ac si pecunia in aerario esset: neminem nisi bello confecto
 12 pecuniam ab aerario petiturum esse. convenere deinde domini
 eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat,
 arcessitosque se ab triumviris mensariis esse dixerunt, ut pretia
 servorum acciperent: ceterum non ante quam bello confecto
 13 accepturos esse. cum haec inclinatio animorum plebis ad sus-
 tinendam inopiam aerarii fieret, pecuniae quoque pupillares

setzt zu werden, sondern vollständ-
 dig zu *aerarii* degradiert, die ohne
 Stimmrecht und willkürlicher Be-
 steuerung ausgesetzt waren.

7. *regendo*] s. zu § 2.

se tenuit] 'beschränkte sich'; häu-
 figer hat L. diese Constr. bei Orts-
 bezeichnungen, wie 17, 8.

quibus] s. zu § 6.

8. *ea*] s. zu 16, 4.

tribuque — *m.*] ist eigentlich ein
 überflüssiger Zusatz (weil ein *aera-*
rius keiner *tr.* angehörte), wie in
 der zu § 6 citierten Stelle.

9. *esset*] aus dem Sinne derer,
 welche die Frist festgestellt hatten,
 des Senats.

finitum erat] die Dienstzeit war
 'begrenzt' d. h. fand ihr Ende.

10. *se abstinerent*] häufiger bloss
abst. intrans. s. 26, 11, dann *abst.*
aliquem aliqua re.

tuere] 'in Stand erhalten'; vgl. 23,
 38, 12 *pecunia ad classem tuendam*
decreta est, worin auch die Bema-
 nung eingeschlossen ist.

curules equi] sind die Pferde vor
 den Processionswagen (*quadrigae*),

welche bei den Circensischen Spielen
 die Götterbilder trugen.

11. *hastae*] bei allen Lieferungen
 für den Staat wurde das Mindest-
 gebot berücksichtigt, wie beim Ver-
 kauf von Beutestücken u. a. das
 Meistgebot. In beiden Fällen war
 die aufgesteckte *hasta* ein äusseres
 Merkmal für die stattfindende Hand-
 lung. Daher unser 'subhastieren'.

agerent locarent] direct haben sie
 gesagt: *omnia perinde agite locate,*
ac si . . ., daher auch das Asyndeton;
 in der Abhängigkeit müssen wir es
 übersetzen etwa mit 'getrost ver-
 dingen'. Galba sagt bei Tac. (Hist.
 1, 41) zu seinen Mördern 'wohlan,
 schlagt zu'; indirect *agerent ac fe-*
rissent, wo wegen des *ac* das *age-*
rent selbständiger wird und über-
 setzt werden muss 'sie sollten nur
 machen und zuschlagen'.

12. *manu emiserat*] der blosses
 Abl. bei *emittere* sowie *de manibus*
emittere (21, 48, 6) ist bei L. sel-
 tener als die Präposition *ex* (22, 3,
 10). Den blossen Abl. verbindet L.
 gewöhnlicher mit dem Simplex *mit-*
tere, z. B. 41, 9, 11.

13. *inclinatio an. ad*] ebenso 23, 4.

primo, deinde viduarum coeptae conferri, nusquam eas tutius 14
sanctiusque deponere credentibus qui deferebant quam in publi-
ca fide. inde si quid emptum paratumque pupillis ac viduis
foret, a quaestore perscribatur. manavit ea privatorum be- 15
nignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio
stipendium acciperet, mercennariumque increpantes vocarent
qui acceperet.

Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat, quod duum 19
miliam Campanorum et septingentorum militum Hannibalis tene-
batur praesidio. praeerat Statius Metius missus ab Cn. Magio 2
Atellano, qui eo anno medix tuticus erat, servitiaque et plebem
promiscue armarat, ut castra Romana invaderet intento con-
sule ad Casilinum oppugnandum. nihil eorum Fabium fefellit.
itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu, dum Casili- 3
num oppugnatur, opus esse, qui Campanis opponatur: vel ipse 4
relicto Nolae praesidio modico veniret, vel, si eum Nola te-
neret, necdum securae res ab Hannibale essent, se Ti. Grac-
chum proconsulem a Benevento acciturum. hoc nuntio Mar- 5
cellus duobus militum milibus Nolae in praesidio relictis cum
cetero exercitu Casilinum venit, adventuque eius Campani iam
moventes sese quieverunt. ita ab duobus consulibus Casilinum 6
oppugnari coepit. ubi cum multa succedentes temere moenibus
Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptum suc-

14. *viduae*] auch die unverheirathet gebliebenen Mädchen mitbezeichnend.

deponere] ohne *se*, s. zu 6, 5.

deferre] = *conferre*, wie kurz vorher.

foret] ist der bei L. häufige Conj. iterativus.

perscribatur] 'wurde eine Anweisung gegeben', die nach den damaligen Verhältnissen wohl ebenfalls nicht sogleich eingelöst wurde, wenigstens ward so aber ein moralischer Druck auf die Verkäufer ausgeübt.

15. *aliquem mercenn. increpan voco*] ich 'schelte Jem. einen Miethling', wofür auch *aliquem ut mercennarium increpo* gesagt werden kann (35, 39, 7: *Magnetas ut ingratos increpat*). Das blosser *aliq. mercennarium increpo* erst bei Tacitus; doch nähert sich dieser Ausdrucksweise schon L. 8, 32, 13 *increpabant inclementem dictatorem* sie schalten den D. grausam; eig. aber = *increpabant inclementiam dictatoris*.

19. Wiedereroberung von Casilinum durch Fabius.

1. *duum*] s. zu 8, 10.

2. *Atellano*] aus Atella; der *medix tuticus* war *summus magistratus apud Campanos* (23, 35, 13. 26, 6, 13); die beiden Worte sind oscisch und bedenten so viel wie 'Landpfleger' (*medix* hängt mit dem Stamm des Verbums *med-eri, tuticus* mit *totus* zusammen).

3. *oppugnatur*] der Modus der directen Rede ist beibehalten, was L. öfters thut; bei *dum* ist es gerade nicht häufig.

4. *securus*] eig. von Personen 'unbekümmert, sorgenlos', hier 'gefahrlos' = *tutus* u. so wie dies mit *a* constr.; vgl. 39, 1, 6 *qui nullum locum quietum aut securum esse sineret*.

5. *in praesidio*] *relinqui* oder *esse* 'auf Posten', wie *in praes. inponi* 'auf P. gestellt werden'; ähnlich *in subsidiis vel. 'in Reserve'*.

6. *coepit*] s. zu 7, 10.

inceptum succederet] dieselbe persönl. Constr. 42, 58, 1 *inceptum*

cederet, Fabius omittendam rem parvam ac iuxta magnis difficilem abscedendumque inde censebat, cum res maiores instarent; Marcellus multa magnis ducibus sicut non adgredienda ita semel adgressis non dimittenda esse dicendo, quia magna famae momenta in utramque partem fierent, tenuit, ne inrito incepto abiretur. vineae inde omniaque alia operum machinationumque genera cum admoverentur, Campanique Fabium orarent, ut abire Capuam tuto liceret, paucis egressis Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, caedesque promiscue omnium circa portam primo, deinde inruptione facta etiam in urbe fieri coepta est. quinquaginta fere primo egressi Campanorum, cum ad Fabium confugissent, praesidio eius Capuam pervenerunt. Casilinum inter conloquia cunctationemque petentium fidem per occasionem captum est, captivique Campanorum quique Hannibalis militum erant Romam missi atque ibi in carcere inclusi sunt; oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.

20 Quibus diebus a Casilino re bene gesta recessum est, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas cum praefecto socium in agros hostium praedatum misit. eos effuse palatos Hanno adortus haud multo minorem, quam ad

non succedebat, vgl. 26, 5 *consilia procedunt*; sonst gewöhnlich unpersönlich, wie 38, 3 *fraudi parum succedit*, 25, 37, 19 *si successisset coeptis*. Ganz ähnlich wie an unserer Stelle dasselbe Verbum in verschiedener Bedeutung nach kurzem Zwischenraum wiederholt ist, findet sich 13, 7 *Poenus, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum processit*.

iuxta magnis] = *iuxta ac magnas*; denn *iuxta* gebraucht L. synonym mit *pariter* (vgl. 28, 20, 6 *trucidant inermis iuxta atque armatos, feminas pariter ac viros*); beide Wörter hat er je einmal mit dem Dat. statt mit *ac* verbunden: *iuxta* hier, *pariter* 38, 16, 10 *ut (gentes), pariter ultimae propinquis, imperio parerent*.

7. *tenuit ne*] vgl. 23, 20, 10 *tenuerunt optimates, ut urbem ac muros firmarent*: 'durchsetzen'; sonst *pervincere ut*, z. B. 23, 5, 1.

momenta] der Satz wird leicht verstanden aus Caes. BC 3, 70, 2 *ita parvae res magnum in utramque rem momentum habuerunt*; vgl. 23, 39, 4 *tantum navis una capta cum*

legatis momenti fecit ad dilationem imminentis belli. Die Sache also, auf welche ein 'entscheidender Einfluss' ausgeübt wird, steht mit *ad*. (29, 35, 12 *quorum adventus hoc momenti fecit, ut Scipio abscederet inrito incepto*: hängt *ut* von *hoc* ab).

inrito incepto abiretur] vgl. 2, 7, 1 *ut omissa irrita re abirent*. 5, 4, 1 *abducere infecta re a Veis exercitum noluerunt*.

8. *omnia alia*] s. zu 22, 15.

9. *paucis egressis*] zu ergänzen 'nach Bewilligung des freien Abzugs'.

10. *praesidio*] 'Schutz' wie 1, 18, 3 *quo praesidio unus per tot gentes pervenisset?*

20. Fabius verwüstet Samnium. Hannibal vor Tarentum.

1. *cum praefecto socium*] 'unter der Anführung' (so L. oft); wollen wir 'mit' sagen, so muss das Verhältnis umgekehrt werden: 'ein *pr. s.* mit einigen Cohorten'. Die *praef. s.* waren meist selbst Römer, so auch 40, 8 *duo milia militum mittit cum praefecto socium Q. Naevio*. 36, 3 *naves longae cum Bomilcare classis praefecto in portum decurrere*.

Beneventum acceperat, reddidit hosti cladem atque in Brutios raptim, ne Gracchus adsequeretur, concessit. consules 3 Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit; Fabius in Samnites ad populandos agros recipiendasque armis quae defece- 4 rant urbes processit. Caudinus Samnis gravius devastatus: 4 perusti late agri, praedae pecudum hominumque actae; oppida 5 vi capta Conpulteria Telesia Compsa inde, Fugifulae et Orb- 6itanium ex Lucanis; Blanda et Apulorum Aecae oppugnatae. 6 milia hostium in his urbibus viginti quinque capta aut occisa, 6 et recepti perfugae trecenti septuaginta, quos cum Romam 7 misisset consul, virgis in comitio caesi omnes ac de saxo 7 deiecti. haec a Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum 7 ab gerundis rebus valetudo adversa Nolae tenuit. et a prae- 8 tore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Aeuca oppidum 8 per eos dies vi captum, stativaque ad Ardaneas communita.

Dum haec aliis locis ab Romanis geruntur, iam Tarentum 9 pervenerat Hannibal cum maxima omnium, quacumque ierat, 9 clade; in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen 10 coepit. nihil ibi violatum neque usquam via excessum est; 10 apparebatque non id modestia militum aut ducis, sed ad con- 11 ciliandos animos Tarentinorum fieri. ceterum cum prope moe- 11 nibus successisset, nullo ad conspectum primum agminis, ut 11 rebatur, motu facto castra ab urbe ferme passus mille locat.

2. reddidit] wie 17, 7.

adsequi] wie oft, absolut gesetzt.

3. retro] wird sehr häufig zu Verben, die mit *re* zusammengesetzt sind, pleonastisch hinzugefügt (*retro redire* kehrt wieder 39, 11); ebenso findet sich die in dem *unde venerat* liegende Fülle des Ausdrucks bei L. häufig, z. B. 40, 9 *navibus Orcum retro, unde venerat, remissis*.

4. gravius] dasselbe hat Marcellus im vorhergehenden Jahre gethan; s. 23, 41, 13 *crebras excursioniones in Samnites Caudinus fecit adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum cladum Samnio memoriam renovaret*.

praedae] s. zu 16, 5.

5. inde] = *ex iis*, entsprechend dem folgenden *ex Lucanis*; vgl. 9, 20, 9: *in Lucanos perrectum; inde Nerulum vi captum*.

6. quos cum] = *qui, cum eos*.

comitium] ein Theil des *forum*.

7. paucos dies] beweist, dass die erwähnten Städte nicht alle von Fabius persönlich genommen sein

können (man bedenke die Entfernung von Conpulteria bis Blanda). Im Gegentheil scheinen die Eroberungen in Lucanien von Gracchus gemacht (s. 20, 1—2), Aecae ebenso wie das § 8 erwähnte Aeuca vom jungen Fabius genommen zu sein.

tenuit] die Constr. dieser Stelle ist zusammengezogen aus den beiden Constr. *Marc. val. Nolae tenuit* u. *Marc. val. ab ger. rebus tenuit* (= *prohibuit*, wie 19, 7 *tenuit ne* 'durchsetzen dass nicht' = hindern dass = *impedire ne* ist); wir sagen 'Kr. hielt den M. zu Nola in Unthätigkeit'.

9. aliis] im Gegensatz zu *Tarentum*, wie *ab Romanis* zu *Hannibal*.

10. modestia] in verschiedenem Sinne bei *militum* und bei *ducis*.

11. prope] Adverb.; s. 19, 6.

conspectum primum] ist ungewöhnlich gestellt; doch sagt L. sowohl *vere primo* wie *primo vere* (21, 5, 5 u. 21, 6).

ut rebatur] gehört zu dem positiven Begriff, den wir in der Ueber-

- 12 Tarenti, triduo ante, quam Hannibal ad moenia accederet, a M.
 13 Valerio propraetore, qui classi ad Brundisium praerat, missus
 M. Livius inpigre conscripta inventute dispositisque ad omnes
 portas circaque muros, qua res postulabat, stationibus die ac
 nocte iuxta intentus neque hostibus neque dubiis sociis loci
 14 quicquam praebuit ad temptandum. itaque diebus aliquot frustra
 ibi absumptis Hannibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Ayerni
 se adissent, aut ipsi venirent aut nuntium litterasve mitterent,
 vana promissa se temere secutum cernens castra inde movit,
 15 tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam simulata lenitas
 nihil dum profuerat, tamen spe labefactandae fidei haud absi-
 stens. Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino
 atque Heracleensi — iam enim aestas exacta erat, et hibernis
 16 placebat locus — conportat. praedatum inde Numidae Mauri-
 que per Sallentinum agrum proximosque Apuliae saltus dimissi,
 unde ceterae praedae haud multum, equorum greges maxime
 abacti, e quibus ad quattuor milia domanda equitibus divisa.
 21 Romani, cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia
 oreretur morsque tyranni duces magis inpigros dedisset Syra-
 cusanis, quam causam aut animos mutasset, M. Marcello alteri

setzung mit 'ohne zu' ausdrücken: 'ohne dass eine Erhebung stattfand, wie er hoffte (geglaubt hatte)'.

13. *iuxta*] dies mit *pariter* gleichbedeut. Wörtchen (s. zu 19, 6) wird von L. gern bei entgegengesetzten Begriffen angewandt und hat seine Stelle entweder, wie hier (u. 37, 4), nach denselben, oder vor und zwischen denselben; s. 5, 6, 5 *iuxta hieme atque aestate bella gerere*. 1, 54, 9 *absentium bona iuxta atque interemptorum*.

dubiis] 'unzuverlässig, schwankend'; vgl. 23, 28, 3 *per dubios infestosque populos iuxta intentus ad Hasdrubalem pervenit*.

temptandum] absolut u. in dieser Allgemeinheit der Stelle entsprechend 'einen Anschlag machen'.

14. *venirent*] zu *nemo* gehörig, eine Ungenauigkeit, welche durch den Zwischensatz *qui adissent* und *ipsi* bewirkt ist.

15. *intacto agro*] 'wobei auch jetzt das Gebiet unberührt blieb', oder mit 'ohne zu' wie § 11; *absistens* gehört zu dem logischen Subject dieser Participialconstruction, als wenn gesagt wäre *ac ne tum quidem agrum tetigit (vastavit)*.

Salapia] nördl. v. Cannae in Apulien; die erwähnten Fouragierungen aus den so viel südlicher gelegenen Küstenstrichen werden nur bei der guten und zahlreichen Reiterei des Hannibal möglich gewesen sein.

16. *domanda*] nämlich zu militärischem Gebrauch: 'zureiten'.

21—29. Ereignisse in Sicilien.

21—23, 4 Constituierung der Republik in Syrakus.

1. *causam*] die Sache, die man zu vertreten hat, hier ihr 'Verhältnis' zu den Römern vgl. 26, 4. 31, 8. Uebrigens hat L. bisher nichts davon erzählt, dass auch die Gesinnung des Volkes wie die des Hieronymus sich von den Römern abgewendet habe: er betrachtet sie als schon erklärte Feinde. Dass man den Krieg für gefährlich in Rom ansah, beweist die Hinsendung des Consuls, mit der auch eine Verstärkung der in Sicilien stehenden Streitkräfte verbunden gewesen sein wird. Marcellus ist nun Oberbefehlshaber dort, und Appius Claudius kann nur Legat in des Consuls Heer gewesen sein. Lentulus aber ist an der Spitze der cannen-

consulum eam provinciam decernunt. secundum Hieronymi cae- 2
dem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat voci-
feratumque ferociter parentandum regi sanguine coniuratorum
esse. deinde libertatis restitutae dulce auditu nomen crebro 3
usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis militiaeque
fungendae potioribus ducibus et relata tyranni foeda scelera
foedioresque libidines adeo mutavere animos, ut insepultum 4
iacere corpus paulo ante desiderati regis paterentur. cum ce- 4
teri ex coniuratis ad exercitum obtinendum remansissent, Theo-
dotus et Sosis regius equis quanto maximo cursu poterant, ut
ignaros omnium regios opprimerent, Syracusas contendunt. cete- 5
rum praevenerat non fama solum, qua nihil in talibus rebus
est celerius, sed nuntius etiam ex regius servis. itaque Andra- 6
nodorus et Insulam et arcem et alia, quae poterat quaeque op-
portuna erant, praesidiis firmarat. hexapylo Theodotus ac So- 7
sis post solis occasum iam obscura luce invecti cum cruentam
regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per
Tycham simul ad libertatem, simul ad arma vocantes in Achra-

sischen Legionen zur Unthätigkeit
verurtheilt, da diese zum Garnison-
wachdienst bestimmt sind, ein eh-
renvoller Kampf ihnen versagt
bleibt.

2. *secundum*] s. zu 10, 11.

apud milites] = *inter m.*, dem
Sinne nach soviel als *a militibus*.

vociferatum] passivisch, ist eine
Singularität im classischen Latein
(auch *parentare* wendet Liv. nur
hier an).

3. *et relata*] *et*, scheinbar das
dritte Glied anreihend, knüpft viel-
mehr die Erinnerung an Vergan-
genes an dasjenige, was in Zukunft
zu erwarten ist, daher mit 'und auf
der andern Seite' zu übersetzen;
vgl. 33, 6.

4. *exercitum obtinere*] eig. 'nicht
aus den Händen lassen', doch hier
handelt es sich noch darum, es ganz
zu gewinnen, 'sich seiner zu ver-
sichern'.

Theodotus] (s. 5, 10—14) scheint,
vielleicht wegen seines umfassenden
Geständnisses, begnadigt worden zu
sein.

quanto maximo] = *quam maximo*;
vgl. 35, 5 u. oft bei L.

omnium] s. zu 29, 4.

6. *Insula*] auch oft *Nasos* (do-

risch = *Nῆσος*, wie 21, 7 *Tycha*
= *Τύχη*; 22, 8 *Damarata* statt *De-*
marata) genannt, ist Ortygia, durch
einen Isthmus mit der Achradina
verbunden, auf welchem die von
Timoleon früher zerstörte, später
wiederaufgebaute Burg des Dio-
nysios lag. Der Hauptstadttheil war
Achradina, durch eine starke Mauer
von den Theilen Tycha und Nea-
polis getrennt. Die dorischen For-
men erklären sich daraus, dass Sy-
rakus eine dorische Colonie war,
von Korinth gegründet.

7. *hexapylo*] der blosse Abl., wie
porta Collina urbem intrare u. a.,
den Weg bezeichnend, auf welchem
eine Bewegung stattfindet: 'durch
das Hex.', vgl. 36, 6 *maritimis lo-*
cis. Hex. war ein sechsfaches Thor
(6 Thore neben einander), also
die Befestigung eines schwachen
Punktes in der Stadtmauer (s. 32,
5—6) im Norden der Tycha, durch
welche der Weg nach Leontini
führte.

obscura luce] Gegensatz 23, 10,
7 *luce clara*; vgl. 22, 4, 4 *vicidum*
satis certa luce.

in Achradinam] L. setzt, mit Aus-
nahme von 3 Stellen, diesem Stadt-
theil stets die Präp. hinzu; auch
im Abl. 25, 31, 1 *in Achradina*.

- 8 *dinam convenire iubent. multitudo pars procurrit in vias, pars*
 9 *in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant et,*
 9 *quid rei sit, rogitant. omnia luminibus conlucent strepituque*
 vario complentur. *armati locis patentibus congregantur; iner-*
 mes ex Olympii Iovis templo spolia Gallorum Illyriorumque,
 dono data Hieroni a populo Romano fixaque ab eo, detrahunt
 10 *precantes Iovem, ut volens propitius praebeat sacra arma pro*
 11 *patria, pro deum delubris, pro libertate sese armantibus. haec*
 quoque multitudo stationibus per principes regionum urbis dis-
 positis adiungitur. in Insula inter cetera Andranodorus prae-
 12 *sidiis firmarat horrea publica: locus saxo quadrato saeptus at-*
 que arcis in modum emunitus capitur ab iuventute, quae prae-
 sidio eius loci adtributa erat, mittuntque nuntios in Achra-
 12 *dinam horrea frumentumque in senatus potestate esse.*
- 22 Luce prima populus omnis, armatus inermisque, in Achra-
 2 *dinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiae ara, quae in eo*
 sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyaeus contio-
 2 *nem et liberam et moderatam habuit. servitutis formidines in-*
 dignitatesque homines expertos adversus notum malum inritatos
 esse: discordia civilis quas inportet clades, audisse magis a
 3 *patribus Syracusanos quam ipsos vidisse. arma quod impigre*

convenire iubent] ohne bestimmtes Subject, da sich ein allgemeines (*omnes*) von selbst ergibt; 23, 45, 1 *Marcellus instare iubet* näml. *milites*.

8. *multitudo pars — pars*] s. zu 7, 7. *rogitant*] dies frequentat. hat L. auch 31, 3, sonst nur in der ersten Dekade (18 mal).

9. *Olympii*] dieser Tempel, wie die Curie und die *ara Concordiae* (22, 1) befanden sich am Forum (Agora).

10. *volens propitius*] asyndetisch, weil die Verbindung eine stehende ist (so auch 38, 8); ähnlich *do dico, equis viris* (Cic. ad fam. 9, 7, 1), *velitis iubeatis, Iuppiter optimus maximus* und andere theils sprichwörtliche, theils alterthümliche Verbindungen. Das *volens propitius* aber erscheint bei L. nicht selten auch mit *que* verbunden, z. B. 29, 14, 13 *ut volens propitiaque urbem Romam iniret*.

11. *haec quoque*] setzt voraus, dass die *principes*, die Vorneheren und Angeseheneren (vielleicht Senatoren nach § 12) der einzelnen Stadtviertel, militairische Anordnungen getroffen und durch die *ar-*

mati wichtige Punkte besetzt haben. Daher ist *haec quoque adiungitur* nicht scharf zu nehmen, weil noch kein anderes *adiungere* stattgefunden hat, sondern so aufzufassen: auch diesen wurden Posten zugewiesen und zwar wurden sie den schon vertheilten hinzugefügt.

inter cetera] ebenso *super cetera* oder *super alia* oft bei Liv.

12. *emunitus*] eine Neubildung Vergils, welche L. adoptiert und an drei Stellen der dritten Dekade angewandt hat; eigentlich 'aus dem Boden heraus in die Höhe befestigen' = stark befestigen.

praesidio] Besatzung von *mercennarii*, die 32, 7 erwähnt werden.

22. 1. *pro ara*] *pro* hier nicht 'vor' (wie 11, 5), sondern 'vorn auf'; so 26, 41, 6 *pro ripa Hiberi stare*, sonst *pro tribunali sedere, pro rostris* u. a.; wie *pro* den Ort der Ruhe ausdrückt, so § 13 *ex qua* den Ort, von wo aus etwas geschieht.

contionem] = Rede (in einer *contio*); vgl. 27, 13, 1 *Marcellus contionem saevam atque acerbam apud milites habuit*.

ceperint, laudare, magis laudaturum, si non utantur nisi ultima necessitate coacti. in praesentia legatos ad Andranodorum 4 mitti placere, qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit, portas Insulae aperiat; dedat praesidium. si tutelam 5 alieni regni suum regnum velit facere, eundem se censere multo acrius ab Andranodoro quam ab Hieronymo repeti libertatem. ab hac contione legati missi sunt. senatus inde haberi coep- 6 tus est, quod sicut regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem eius ante eam diem nulla de re neque convocati neque consulti fuerant. ut ventum ad Andranodo- 7 rum est, ipsum quidem movebat et civium consensus et cum aliae occupatae urbis partes, tum pars Insulae vel munitissima prodita atque alienata. sed evocatum eum ab legatis Dama- 8 rata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regis animis ac muliebri spiritu, admonet saepe usurpatae Dionysi tyranni vocis, qua pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyranni- 9 dem dixerit debere. facile esse momento quo quis velit cedere possessione magnae fortunae, facere et parare eam difficile

4. *in praesentia*] Subst., wie auch § 11, c. 28, 7 und oft; anstatt dessen nicht selten *in praesens*, wie 25, 35, 7.

placere] *pl.* als officieller Ausdr. der Behörden = 'verordnen' (hier 'für gut befinden').

ut in potestate sit] 'er solle sich unterordnen', die Superiorität anerkennen.

praesidium] hier der besetzte Punkt, die Burg; vgl. 2, 50, 11 *caesi ad unum omnes praesidiumque expugnatum*.

5. *tutelam*] Andr. hat die Vormundschaft officiell niedergelegt; aber Hieronymus hat ihm bei seinem Abmarsch nach Leontini die Regierung in die Hand gegeben, s. § 15; er war *procurator* nach 25, 3; *alieni* und *suum* stehen in scharfem Gegensatz.

repeti] abhängig von *censere*, wo für der natürlichere Ausdr. *repetendam esse* oder *ut repeteretur* wäre; jenes nicht selten z. B. 2, 5, 1 *bona reddi censuerant*; dagegen 2, 4, 3 *censebat reddenda bona*. In erstem Falle ist *censere* fast = *iubere*. (vgl. § 4 *placere*) oder = *aequum censere* 6, 8.

6. *ab hac cont.*] wie 39, 1, 'so-

gleich nach'; vgl. 23, 1. 38, 1. 39, 1. 46, 4 und zu 10, 11 *secundum. sicut — ita*] 'zwar — aber'.

quod] wie oft, dem Prädikatsnomen assimiliert, das folgende *convocati — fuerant* ist, wie ebenfalls oft bei L., gramm. ungenau ausgedrückt.

8. *animis*] der Plur. dieses Wortes bezeichnet oft ein Selbstgefühl im Uebermasse und gewinnt, wie hier, die Bedeutung von Stolz und Hochmuth (aber auch im guten Sinne vom hohen Muthe, wie 40, 10).

Damarata] vgl. 25, 11; s. zu 21, 6. *adhuc*] oft bei L. von der Vergangenheit (Cic. fast ausschliesslich mit Beziehung auf die Gegenwart).

9. *qua dixerit*] anscheinend breit, ist echt lateinische Umschreibung, um nicht den Acc. cum inf. vom Substantivum abhängen zu lassen; ähnlich 24, 2. Vgl. 2, 24, 6 *contioni edicto addidit fidem, quo edixit, ne quis teneret*.

debere] das Subj. 'man' ist aus dem Zusammenhange zu nehmen: *eum qui tyrannidem teneret*.

momento] häufiger mit dem Zusatz *temporis*, hat L. nicht selten allein gesetzt. (Cicero gewöhnlich *puncto temporis*, wie auch L. 3, 27, 7 sagt; Caesar: *vestigio temporis*).

10 atque arduum esse. spatium sumeret ad consultandum ab le-
 gatis; eo uteretur ad accessendos ex Leontinis milites, quibus
 11 si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate eius
 futura. haec muliebria consilia Andranodorus neque tota asper-
 natus est neque extemplo accepit, tutiorem ad opes adfectan-
 12 das ratus esse viam, si in praesentia temporis cessisset. itaque
 legatos renuntiare iussit futurum se in senatus ac populi po-
 testate. postero die luce prima patefactis Insulae portis in fo-
 13 rum Achradae venit. ibi in aram Concordiae, ex qua pridie
 Polyaeus contionatus erat, escendit orationemque eam orsus
 14 est, qua primum cunctationis suae veniam petivit: se enim
 clausas habuisse portas non separantem suas res a publicis,
 sed strictis semel gladiis timentem, qui finis caedibus esset
 futurus, utrum, quod satis libertati foret, contenti nece tyranni
 essent, an, quicumque aut propinquitate aut adfinitate aut ali-
 15 quis ministeriis regiam contigissent, alienae culpa rei truci-
 darentur. postquam animadverterit eos, qui liberassent patriam,
 servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in me-
 dium, non dubitasse, quin et corpus suum et cetera omnia,
 quae suae fidei tutelaeque essent, quoniam eum, qui mandas-
 16 set, suus furor absumpsisset, patriae restitueret. conversus
 deinde ad interfectores tyranni ac nomine appellans Theodo-
 17 tum ac Sosin 'facinus' inquit 'memorable fecistis: sed mihi

10. *ad consultandum*] absol.; vgl. 38, 4.

11. *muliebria*] = *mulieris*; vgl. zu 4, 2.

adfectandas] 'mit Aussicht auf Erfolg', wie 29, 6, 1 *spes adfectandae eius rei ex minima re adfulsit*. *adfectare* wird vorzugsweise bei hochverrätherischen Plänen (25, 4) gebraucht und zwar von allen Historikern (Cic. *appetere*).

14. *habere*] mit Part. oder Adj. = etwas in einem Zustande halten.

timentem] hier 'in ängstlicher Ungewissheit sein', wie 27, 47, 5 nach *cura angebat* ein abhängiger Frage-satz folgt; vgl. zu 2, 4.

aliquis] bei L. oft statt *aliquibus*, ebenso *quis* = *quibus* namentlich in der Formel *in quis* (21, 62, 2).

trucidarentur] s. zu 30, 14.

15. *consuli in medium*] 32, 21, 1 *in commune consuli*, für das allgemeine Beste sorgen.

corpus suum] 'sich selbst, seine Person', indem *corpus* zur Um-

schreibung der Person verwendet wird, insofern es sich nur um die materielle Seite handelt; daher oft in verächtlichem Sinne, z. B. von Sklaven; vgl. 22, 22, 7 *transfugam unum vile atque infame corpus esse ratus*.

cetera omnia] diese fast stehende Wortfolge beobachtet auch L. stets mit Ausnahme einer Stelle (22, 52, 5: *omnis cetera praeda diripienda data est*, aber 40, 15 *cetera omnis praeda Romanis concessa est*); ebenso *reliqua omnia* (doch *omnia reliqua* auch Cicero), während die im Deutschen umgekehrte Stellung leicht zur Anwendung des bei den Classikern ungebräuchlichen *alia omnia* (dies aber bei Livius sehr häufig; 19, 8 sogar *omnia alia* s. zu 1, 6) verleitet.

tutela essent] dafür sagt L. auch *sub tutela esse* und *in tutela esse*.

16. *facinus fecistis*] oft bei L.; das Obj. vom gleichen Stamme, wie *acta agere*, *vota votere*, *pacem pacisci* u. a., vgl. zu 16, 11.

credite, incohata vestra gloria, nondum perfecta est, periculumque ingens manet, nisi paci et concordiae consulitis, ne libera efferatur res publica'.

Post hanc orationem claves portarum pecuniaeque regiae 23 ante pedes eorum posuit. atque illo quidem die dimissi ex contione laeti circa fana omnia deum supplicaverunt cum coniugibus ac liberis, postero die comitia praetoribus creandis habita. creatus in primis Andranodorus, ceteri magna ex parte 2 interfectores tyranni; duos etiam absentes, Sopatrum ac Dinomenen, fecerunt. qui auditis iis, quae Syracusis acta erant, 3 pecuniam regiam, quae in Leontinis erat, Syracusas devectam quaestoribus ad id ipsum creatis tradiderunt; et ea quae in 4 Insula erat Achradinam tralata est; murique ea pars, quae ab cetera urbe nimis firmo munimento intersaepeibat Insulam, consensu omnium deiecta est. secutae et ceterae res hanc inclinationem animorum ad libertatem.

Hippocrates atque Epicycles audita morte tyranni, quam 5 Hippocrates etiam nuntio interfecto celare voluerat, deserti a militibus, quia id tutissimum ex praesentibus videbatur, Syracusas rediere. ubi ne suspecti obversarentur tamquam no- 6 vandi res aliquam occasionem quaerentes, praetores primum, dein per eos senatum adeunt, ab Hannibale se missos praedi- 7 cant ad Hieronymum tamquam amicum ac socium, paruisse

17. *mihī credite*] weil gewöhnlich *mihī crede* gesagt wird, um den daktylischen Rhythmus in *crede mihī* zu vermeiden.

efferatur] die Metapher vom zu Grabe tragen der Freiheit oder des Staates findet sich bei L. öfter, z. B. 28, 28, 12 *meo unius funere elata res publica esset?*

23. 1. *atque (ac) — quidem*] führt zu dem Neuen über, das eigentlich aber erst in dem Gegensatz, welcher dem Schriftsteller vorschwebt, zum Ausdr. gelangt: Und damals nun war alles zufrieden und froh; bald aber sollte ein schrecklicher Umschwung der Stimmung erfolgen; ebenso *et — quidem* 24, 8.

praetores] Uebersetzung des griech. ἀρχοντες. *praetor* von *praeire* nach Cic. de leg. 3, § 8.

2. *in primis A.*] ausserdem auch Themistus (26, 16), der Gatte seiner Nichte; s. zu 4, 2.

4. *secutae — hanc inclinationem*] sie folgten dieser Stimmung, gin-

gen aus ihr hervor, entsprachen derselben'.

23, 5—26 Parteibildung in Syrakus. Ausrottung der Königsfamilie.

5. *Hippocrates*] s. 7, 1.

ex praesentibus] 'unter den augenblicklichen Verhältnissen' (eigentlich 'in Folge' derselben).

6. *obversari*] 'sich vor den Augen (der Einwohner) bewegen als v.' (31, 11, 7 *palam Carthaginī obversari*) d. h. 'in den Augen der Einw. als v. erscheinen'. Vgl. 24, 2, wo nur das 'bei der Hand sein' bezeichnet wird.

7. *praedicare*] 'laut aussprechen' (und mit Ueberzeugung: davon unser 'predigen') wie 24, 7 *pron.* u. 38, 42, 9 *indignum esse praedicans.*

tamquam amicum] nach ciceron. Sprachgebr. müsste vor *amicum* die Präp. (*ad*) wiederholt werden; bei L. jedoch ist die Auslassung derselben häufig: vgl. 47, 5 *quam obnoxam Romanorum, aut quod meritum Poenorum pro alienigenis ac*

- 8 imperio eius, cuius imperator suus voluerit. velle ad Hannibalem redire: ceterum, cum iter tutum non sit vagantibus passim per totam Siciliam Romanis, petere, ut praesidii dent aliquid, quo Locros in Italiam perducantur. gratiam magnam
 9 eos parva opera apud Hannibalem inituros. facile res impetrata: abire enim duces regios cum peritos militiae, tum egentes eosdem atque audaces cupiebant. sed quod volebant non quam
 10 maturato opus erat naviter expediebant. interim iuvenes militares et adsueta militibus nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus sociis Romanorum erat, nunc etiam apud infimae plebis homines crimina
 11 serebant in senatum optimatesque: id moliri clam eos atque struere, ut Syracusae per speciem reconciliatae societatis in ditione Romanorum sint, dein factio ac pauci auctores foederis renovati dominantur.
- 24 His audiendis credendisque opportuna multitudo maior in dies Syracusas confluebat, nec Epicydi solum spem novandarum rerum sed Andranodoro etiam praebat. qui fessus tandem uxoris vocibus monentis, nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita libertate essent,

barbaris — bellum gerent, wo man quod ob m. erwartete.

cuius] näml. imperio se parere, wie Relativsätze bei L. oft aus dem Hauptsatze zu vervollständigen sind.

8. *Locros in Italiam*] der Lateiner setzt die allgemeine und besondere Ortsbestimmung in die gleiche Abhängigkeit vom Verbum; wir Deutsche bringen den allgem. Begriff in ein Abhängigkeitsverh. zum besondern: 'nach L. in J.'; so 36, 3 *naves in magnum portum Syracusas decurrere* 'in den Hafen von S.' 23, 24, 5 *Teanum in hiberna ad exercitum redit* 'zum Heere in den Winterquartieren zu Teanum'. Vgl. 26, 2.

9. *naviter*] vor *naviter* ist *tam*, dem *quam* entsprechend, ausgelassen, wie nicht selten z. B. 35, 49, 7 *homo non quam isti sunt gloriosus*. Bei *opus est* setzt L. das Verbum, dessen Thätigkeit nothwendig ist, sehr gewöhnlich in den Abl. des Part. Pass.; vgl. 1, 58, 5 *ita facto maturatoque opus esse*. Bei Sallust ist dies die stehende Ausdruckweise (z. B. Cat. 1, 6 *et priusquam incipias consulto, et ubi*

consulueris mature facto opus est), bei Cic. selten.

10. *militares*] = § 9 *periti militiae* oder 10, 22, 6 *nati militiae*. *vir* und *homo militaris* geben wir durch 'Kriegsmann' wieder, indem wir damit den Begriff des Rauhen, Starken u. s. w. verbinden; hier bei *iuvenes mil.* drehen wir das Verhältniss um und sagen 'junge Krieger'.

adsueti] ebenso 24, 2, s. zu 5, 9. *moliri* — *struere*] den Bedeutungsunterschied zeigen 25, 22, 6 *Casilino omnia deportantem molientemque ad oppugnandam Capuam* und 23, 34, 5 *Xenophanes mendacium struere*.

11. *ac*] 'und zwar'.

24. 1. *his audiendis*] s. zu 29, 4. *Epicydi*] der Kürze wegen ist nur einer genannt, da die beiden Brüder in allem gemeinschaftlich gehandelt zu haben scheinen; 31, 3 und 35, 4 ebenso *Hippocrates*.

novandarum rerum] anders construirt § 2 und 23, 6.

2. *fessus*] = *fatigatus*.

incondita] vgl. 26, 40, 1 *primum ac potissimum omnium ratus nova pace inconditas componere res*. Die Unabhängigkeit ist noch nicht in

dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles, dum ab Hannibale missi duces adsueti militibus iuvare possent incepta, cum Themisto, cui Gelonis filia nupta erat, rem consociatam paucos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui et alia arcana committere adsuerat, incaute aperit. huic et genus et 3 fortuna honesta erant, nec ars, quia nihil tale apud Graecos pudori est, ea deformabat. itaque fidem priorem potioremqe ratus quam patriae debebat, indicium ad praetores defert. qui, ubi rem haud vanam esse certis indiciiis conpererunt, con- 4 sultis senioribus et auctoritate eorum praesidio ad fores posito ingressos curiam Themistum atque Andranodorum interfecerunt. et cum tumultus ab re in speciem atrocio- 5 rem causam aliis ignorantibus ortus esset, silentio tandem facto indicem in curiam introduxerunt. qui cum ordine omnia edocuisset, principium 6 coniurationis factum ab Harmoniae Gelonis filiae nuptiis, quibus Themisto iuncta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares 7 instructos ad caedem praetorum principumque aliorum, bonaque eorum praedae futura interfecto- 8 rum pronuntiatum; iam mercennariorum manum adsuetam imperiis Andranodori paratam fuisse ad Insulam rursus occupandam; singula deinde, quae per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam coniurationem ante oculos posuit. et senatui quidem tam

eine gesetzlich geordnete Staatsform gebracht.

pastus] im Munde der Damarata verächtlich = 'gefüttert'.

obversaretur] s. zu 23, 6.

3. *fortuna*] 'Vermögen', häufiger so im Plural.

honesta] gehört eigentlich nur zu *genus*, doch sagen auch wir (wenigstens im Gesprächston) ein 'anständiges' V. = ansehnliches V.

apud Graecos] die Römer dachten in diesem Punkte anders.

prior potiorque] sind oft von L. zusammengestellt, auch im Superlativ, s. das Beispiel zu § 2.

4. *fores*] näml. *curiae*.

5. *ab re*] *ab* drückt den Ausgangspunkt einer Handlung aus, den Umstand, in Folge dessen etwas geschieht: sehr häufig bei L. z. B. 30, 1 *ab ira* (wofür L. recht oft *ob iram* sagt), 31, 12 *a misericordia* 'in Folge menschlicher Rengung' und sonst.

atrocioere] die Sache war schreck-

lich, aber scheinbar noch schrecklicher, als sie es unter den obwaltenden Verhältnissen wirklich war.

8. *viris armisque*] 'mit voller Kriegsmacht, mit allen Gewaltmitteln'. Die hier angewandte Redensart erscheint auch asyndetisch (vgl. 21, 10), doch bei L. fast immer verbunden, wie 23, 30, 6 *armis virisque*. 26, 4, 8 *equos virosque*. 24, 40, 3 *viris atque armis*. Dreigliederig sagt Cic. stets asyndetisch *armis, equis, viris*, wogegen L. 23, 15, 13 und 26, 5, 9 *virum equum armaque* sagt. Nach dieser Analogie gebildet lesen wir 10, 16, 8 *exercitum instructum armis stipendio venisse*. ebenda § 6 *gens opulentissima armis, viris, pecunia*. 30, 11, 4 *equos, arma, tela*. Viergliederig 22, 39, 11 *armis, viris, equis, commeatibus iuvant*; anders 9, 6, 6 *arma equos, vestimenta commeatibus militibus mittunt*.

quosque] ist nicht von *quisque* abzuleiten.

et — quidem] s. zu 23, 1.

9 iure caesi quam Hieronymus videbantur; ante curiam variae
 atque incertae rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter
 minitantes in vestibulo curiae corpora coniuratorum eo metu
 compresserunt, ut silentes integram plebem in contionem se-
 10 querentur. Sopatro mandatum ab senatu et a collegis, ut
 25 verba faceret. is, tamquam reos ageret, ab ante acta vita
 orsus, quaecumque post Hieronis mortem scelestae atque impie
 2 factae essent, Andranodorum ac Themistum arguit fecisse: quid
